

et cognationes suas in diuisionibus singulorum sic precepit dominus rex israel: et descripsit salomō fili⁹ ei⁹ et ministrare in scituario per familias turmasque leuiticas. et sanctificati imolante phase frēs etiā vros vt possint iuxta verba quae locutus est dominus in manu moysi facere: preparate. Dedit preterea iosias omni populo qui ibi fuerat iument⁹ in solēnitate phase agnos et bedos et gregibus et reliquis pecoris triginta milia: bouumque tria milia. Nec de regis vniuersa suba. Ducesque eius sponte quod vouerāt obtulerūt tā populo quā sacerdotibus et leuitis. Porro helchias et zacharias et iehihel principes dom⁹ dñi dederūt sacerdotibus ad faciendū phase. pecora cōmixtīm duo milia sexcenta. et boues trecētos. Chonemias autē et semcias etiā et nathanael frēs eius. necnō asabias et iahihel et iozabab principes leuitarū: dederūt ceteris leuitis ad celebrandū phase quingenta pecorū: et boues quingentos. Preparatumque est ministeriū: et steterunt sacerdotes in officio suo. Leuiteque in turmis iuxta regis imperiū. et imolatus est phase. Asperferuntque sacerdotes man⁹ suas sanguine. et leuite detraxerunt pelles holocaustorum. et sepauerunt eam vt darent per domos et familias singulorum. et offerent⁹ dño sic scriptū est in libro moysi. de bobus que fecerūt filii. Et assauerūt phase super ignē: iuxta quod in lege scriptum est. Pacificas vero hostias corerūt in lebetis et caca bis et ollis et festinato distribuērūt vniuerse plebi. sibi autē et sacerdotibus postea parauerūt. Nam in oblatione holocaustorum et adipū vsque ad noctē: sacerdotes fuerūt occupati. vñ et leuite sibi et sacerdotibus filijs aaron parauerūt nouissimis. Porro cantores filij asaph stabant in ordine suo iuxta preceptum dauid et asaph et eman et ydithus prophetarū regis dauid. Janitores vero per portas singulas obstruabant ita vt nec pūcto quodē discederēt a ministerio. quō obstrē et frēs eorum leuite parauerunt eis cibos. Dis igitur cultura dñi rite cōpleta est in die illa vt facerent phase. et offerrent holocausta super altare dñi iuxta preceptū regis iosie. Feceruntque filij israel qui reperi fuerant ibi phase in tempore illo et solēnitate azimorum septē diebus. Nō fuit phase sile huic in israel a diebus amuelis prophete sed nec quoscūque de cunctis regibus israel fecit phase sic iosias sacerdotibus et leuitis et omni iude et israel qui reperi fuerat et habitantibus in hierusalem. Octauodecimo anno regni iosie hoc phase celebratū ē. Post quod instaurauerat iosias templū ascendit necho rex egypti ad pugnandū in cachamis iuxta eius fratrem et pcessit in occursum eius iosias. At ille missis ad eum nuncijs ait. Quid mihi et tibi rex iuda? Non aduersum te hodie venio sed contra aliā pugno domū ad quā me de⁹ festiato ire precepit. Desine aduersum deū facere qui mecum est ne interficiat te. Noluit iosias reuerti. sed prepara-

uit contra eū bellū. nec acceperunt finem necho ex ore dei. verū precepit vt dimicaret in campo maggedo. Ibique vulneratus a sagittarijs dixit puris suis. Educite me de phio. quia opido vulneratus sum. Qui trāstulerūt eū de curru in alterum currū qui sequebatur eū more regio: et asportauerunt eū in hierusalem. Mortuusque ē et sepultus in mausoleo patrum suorum: et vniuersus iuda et hierusalem luxerunt eū hieremias maxime cuius omnes catores atque catatrices vsque in presentē diē lamentationes super iosiam replicat: et quasi lex obtinuit in israel. Ecce scriptū fert⁹ in lamentationibus. Reliqua autē finem iosie et misericordiarū eius que lege precepta sunt dñi. opera que illius prima et nouissima: scripta sunt in libro regum iuda et israel.

C. S. De ioachim rege captiuato in egyptū de eliachim fratre eius quō captiuauit eū rex babilonis. et de sedechia. et destructione hierusalem. et de cyro rege persarum. **Ca. XXXVI**

Quod sit g⁹ populus terre ioachaz filiū iosie. et constituit regē per patrem suum in hierusalem. Viginti trium annorum erat ioachaz cū regnare cepisset. et tribus mensibus regnauit in hierusalem. Amouit autē eū rex egypti cū venisset in hierusalem. et cōdenauit terrā centū talentis argenti et talenti auri. Constituitque per eum regē eliachim fratrem eius super iudā et hierusalem. et vertit nomen eius ioachim. Ipse vero ioacham tulit secū. et adduxit in egyptū. Viginti quingentis annorum erat ioachim cū regnare cepisset. et vndecim annis regnauit in hierusalem. Fecitque malū corā dño deo suo. Contra hūc ascendit nabuchodonosor rex chaldeorum. et vincitū cathenis duxit in babilonem. ad quas et vasa dñi transtulit. et posuit eā in templo suo. Reliqua autē verborū ioachim et abominationum eius quas operatus est. et que inuenta sunt in eo cōtinetur in libro regū iuda et israel. Regnauit autē ioachim filius eius pro eo. Octo annorum erat ioachim cū regnare cepisset. et tribus mensibus ac decē diebus regnauit in hierusalem. fecitque malū in cōspectu dñi. Cūque anni circulus volueret misit nabuchodonosor rex nūcios. qui et adduxerunt eū in babilonē asportatis simul preciosissimis vasibus domus dñi. Regē vero cōstituit sedechiā patrum eius super iudā et hierusalem. Viginti et vnius anni erat sedechias cū regnare cepisset et vndecim annis regnauit in hierusalem. Fecitque malū in oculis domini dei sui. nec erubuit facere hieremie prophete loquenti ad se et ex ore dñi. A regeque nabuchodonosor recessit qui adiurauerat eū per deū. et indurauit cervicē suā et cor vt nō reuerteretur ad deum israel. Sed et vniuersi principes sacerdotum et populus preuaricati sunt inique in vniuersas abominationes gentium. et polluerunt domū dñi quam sanctificauerat sibi in hierusalem

Prologus

Mittebat autē dñs deus patrum suorum ad illos per manū nūcioꝝ suorum de nocte cōsurgēs et quōtidie cōmonens eo quod peccaret populo et habitaculo suo. Et illi subsannabāt nūcios dei: et participēdebāt sēdēs ei: alludebātq; prophetis donec ascenderet furor dñi in populum eius: et esset nulla curatio. Adduxit enim sup eos regē chaldeorum et interfecit iuuenes eorum gladio in domo sctuarij. Nō est miseratus adolecētis et virginis et senis nec decrepiti quōdē. sed oēs tradidit in manus eius. vniuersaq; vasa domus dñi tā maiora quā minora. et thesauros tēpli et regis et principū trāstulit in babilonē. Incēderūt hostes domū dei destruxerūtq; murū hierusalem. vniuersas turres cōbussē. et quicquid pretiosum fuerat demoliti sunt. Si quis euaserat gladiū ductus in babilonem seruiuit regi et filiis eius: donec imparet rex persarū. et cōplere tur sūmo dñi ex ore hieremie: et celebraret sabbata sua. Luctis enim diebus desolatōis egit sabbatū vsq; dū cōplerēt septuaginta anni. Anno autē primo cyri regi persarū ad explēdū sēmonē dñi quē locutus fuerat per os hieremie: suscitauit dñs spiritum cyri regis persarū qui iussit predicari in vniuerso regno suo etiam per scripturas dicens. Hec dicit cyrus rex persarū. Omnia regna terre dedit mihi dñs deus celi et ipse precepit mihi vt edificarem ei domū in hierusalem que est in iudea. Quis ex vobis est in omni populo ei? Sit dñs deus suus cum eo: et ascendat.

Explicit liber Dabreiamin siue Paralipomenon scōs. Incipit oratio manasses regis iuda cū captus teneret in babilone.

Domine deus omnipotens patrum nostrorum abraam isaac et iacob: et semini eorum iusto qui fecisti celū et terrā cum omni ornatu eorum: qui signasti mare verbo precepti tui: qui cōclufisti abyssum: et signasti terribili et laudabili nomine tuo quem oēs pauent et tremūt a vultu virtutis tue: et insustentabilis ira super peccatores cōmitionis tue: immensa vero et inuestigabilis misericordia pmissiōis tue. quoniam tu es dñs altissimus super omnem terram lōganimis et multus misericors et penitens super maliciā hominum. Tu autem dñe secundum bonitatem tuam pmissisti penitentiam remissiōis peccatorum. et tu deus iustorum nō posuisti penitentiam iustis: abraam isaac et iacob his qui tibi nō peccauerunt quoniam peccauit super numerum arene maris: multiplicatae sunt iniquitates meae: incuruaui sum multo vinctulo ferri: et nō ē respiratio mihi. quia excitauit iracundiam tuam et malū corā te feci statuens abominatiōes et multiplicans offēsiōes. Et nunc flecto genua cordis mei: precans ad te bonitatem dñe. Peccauit dñe peccauit: et iniquitatem meam agnosco. Peto rogans te dñe remitte mihi: remitte mihi: ne simul perdas me cū iniquitatibus meis

neq; in eternū reserues mala mihi: quia indignū saluabis me secundum magnam misericordiam tuam: et laudabo te semper omnibus diebus vite mee. quoniam nā te laudat omnis virtus celorum. et tibi est gloria in secula seculorum amen.

Explicit oratio Manasses regis iuda.

Incipit prefatio beati Hieronymi presbyteri in librum Esdre.

Terū difficilīus sit facere quod poscitis. an negare: nec dū statui. Nam neq; vobis aliqd impantibus annuere sententiae est et magnitudo oneris impositi ita ceruices premit vt ante sub fasce ruendū sit quod leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia: quod omne quod scribitur minus reprehendendū putāt. Et interdū se cōsciētia repugnāte publice lacerāt quod occulte legūt: in tantū vt clamare cōpellat et dicere. Dñe libera animam meā a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Tertius annus est quod scriptis atq; rescriptis vt esdre librorum et hester vobis de hebreo trāsserāt: quasi non habeatis greca et latina volumina. aut quicquid illud ē quod a nobis vti nō statim ab omnibus cōspuendū sit. Frustra autem vt ait quidā: mihi neq; aliud fatigādo nisi odiū querere: extreme demētie est. Itaq; obsecro vos mihi dōmon et rogatiōe charissimi vt priuata lectiōe cōtenti: libros nō efferatis in publicū. nec fastidiosos cibos ingeratis: vitetisq; eorum supēliū quod iudicare tamen de alijs et ipsi facere nihil nouerūt. Si quod autem fratrum sunt quibus nostra nō displicēt his tribuatis exemplar amonentes vt hebreica noia quorum gradis in huius volumine copia ē distincter per interualla trāscribāt. Nihil enim perierit emēdasse librorum nisi emēdatio librorum diligentia cōseruet. Nec quēquā moueat quod vnus a nobis liber editus est. nec apocriphorum tertij et quarti libri somnjs delectetur: quod et apud hebreos esdre neemēq; sēdēs in vnū volumen coartantur. et que nō habent apud illos nec de viginti quattuor senibus sunt percul abijcienda. Si quis autem septuaginta vobis opposuerit interpretes: quoniam exempla varietas ipsa lacerata et euersa demonstrat nec potest vtiq; verū asseri quod diuersum est. mitte enim ad euāgelia in quibus multa ponuntur quasi de veteri testamento quod apud septuaginta interpretes nō habentur velut illud quoniam nazareus vocabitur: et ex egypto vocauit filiū meum. et viderūt in quibus cōpunerunt: multaq; alia que latiori operi referuamus. et querite ab eo vbi scripta sunt. Quicquid proferre nō potuerit: vos legite de his exemplaribus que nup a nobis edita maledicorū quotidie linguis cōfodiunt. Sed vt ad cōpendiū veniā certe quod illaturus sum equissimū est. Et didi aliqd quod nō habet in greco. aut aliter habet quod a me vsum est. Quid interpretē lamāt? Interrogent he-

Ps. cxix.

Osce. xi. a
Al. arth. ij. c
sacha. xij. c

breos: et ipsi autoribus: translationi mee vel arrogant vel dei orem fide. Porro aliud est si clausis quod de oculis inuoluit malediceret non imitatur grecorum studium et benivolentiam quam per septuaginta traslationes iam christi euangelio eorumscante iudeos et hebrionitas legi veteri interpretes. aquila videtur et symmachus et theodotionem et curiose legunt. et per origenis labore in hexaplois ecclesiis dedicant. Quotomagus latinum grati esse deberet quod exultate cerneret greciam a se aliquid mutari. Primum enim magno sumptu est et infinite difficultatis exemplaria posse habere omnia. deinde etiam quam habuerunt. et hebrei summo ignari sunt magis errabunt: ignorantes quam cum multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nup apud grecos accidit ut interdum scripture sensum relinquens vniuscuiuslibet interpretis sequeretur errorem. Nos autem quam hebrece lingue saltim parua habemus scientiam: et latinus nobis vti quicquid summo non deest: et de alijs magis possumus iudicare: et ea quam ipsi intelligimus in nostra lingua promere. Itaque hinc hydra sibilet: victoribus syno incendia iacet: nunquam meum iuuante christo silebit eloquium: etiam pericula lingua balbutiet. Legant quam voluit: quam noluit abiciant. Euentilent apices: litteras calument. Magis vestra charitate puocabor ad studium quam illoz detractioe et odio deterrebor.

Explicat prefatio. Incipit liber Esdre primus. Cyrus soluit captiuitatem populi. et redditis vasis et numeratis: precepit populum ire in hierusalem et edificare templum. Ca. I

In anno primo

cyri regis persarum ut compleretur verbum domini ex ore hieremie: suscitauit dominus spiritum cyri regis persarum: et traduxit vocem in omni regno suo etiam per scripturam dicens. Nec discit cyrus rex persarum.

Dia regna terre dedit mihi dominus deus celi: et ipse precepit mihi ut edificares ei domum in hierusalem que est in iudea. Quis est in vobis de vniuerso populo eius. Sit dominus illius cum eo. Ascendat in hierusalem que est in iudea: et edificent domum dei israel. ipse est deus qui est in hierusalem. Et omnes reliqui in cunctis locis vbi cumque habitant adiumentum eum viri de loco suo, argento et auro et substantia et pecoribus: excepto quod voluntarie offerunt templo dei quod est in hierusalem. Et surrexerunt principes patrum de iuda et beniamin et sacerdotes et leuite. et omnes cui suscitauit deus spiritum ut ascenderet ad edificandum templum domini quod erat in hierusalem. Vniuersis qui erant in circuitu adiuerunt manus eorum in vasis argenteis et aureis in suba et iumentis in suppellectili: exceptis his qui sponte obtulerant. Rex quoque cyri pretulit vasa templi domini que iule

rat nabuchodonosor de hierusalem: et posuerat ea in templo dei sui. Protulit autem ea cyrus rex persarum per manum mitridatis filii gazabar. et annumerauit ea sasabasar principi iude: et bene numerus eorum. Phiale auree triginta. phiale argentee mille cultri vigintinoue. cyphi aurei triginta. cyphi argentei secundi quadringentidecem. vasa alia mille. Dia vasa aurea et argentea quingenta milia quadringenta. Vniuersa tulit sasabasar. cum his qui ascendebant de transmigracione babilonis in hierusalem.

C. Numerus reuertentium in iudeam cum duce zorobabel: et summa pecunie templi instauratio distribuitur. Ca. II

H sunt autem puencie filii qui ascenderunt de captiuitate quam traxerunt nabuchodonosor rex babilonis in babilonem. et reuersi sunt in hierusalem et iudeam vniuersi in ciuitate sua: qui venerunt cum zorobabel et iesua. neemia. saraia. rabelai. mardochai. belsan. neephar. beguai. reu. baana. Numerus virorum populi israel. filii phares. duo milia cetum septuaginta duo. filii arethi. septingenti septuaginta quingenta. filii gerses. phatia trecenti septuaginta quingenta. filii saphatia trecenti septuaginta duo. filii area septingenti septuaginta quingenta. filii phetmo ab filiorum iosue. octingenti. et Joab duo milia octingenti duo decim. filii belam. mille duceti quingenta quattuor. filii zerbua. nonaginta quadraginta quingenta. filii zachai. septingenti sexaginta. filii bani. sexcenti quadraginta duo. filii bebai. sexcenti viginti tres. filii azgad. mille ducenti viginti duo. filii adonica. sexcenti sexaginta sex. filii beguai. duo milia quinquaginta sex. filii adin. quodringenti quinquaginta quattuor. filii atther qui erant ex ezechia. nonaginta octo. filii bebai. trecenti viginti tres. filii ioza: centum duo decim. filii azem. ducenti viginti tres. filii gebbar. nonaginta quingenta. filii berthelem. centum viginti tres. Viri neithupha. quinquaginta sex. Viri anathot centum vigintiocto. filii azmauetb. quadraginta duo. filii canathiarum cephira et beroth. septingenti quadraginta tres. filii rama et gabaa. sexcenti vigintivnus. Viri macinas. centum viginti duo. Viri bethel et chai. ducenti viginti tres. filii nebo. quinquaginta duo. filii megbis. centum quinquaginta sex. filii belam alterius. mille ducenti quinquaginta quattuor. filii arum. trecenti viginti. filii lodadin et ono. septingenti viginti quingenta. filii hierico. trecenti quadraginta quingenta. filii senaa. tria milia sexcenti triginta. Sacerdotes. filii iadaia in domo iesue. nonagenti septuaginta tres. filii emmer. mille quinquaginta duo. filii phessur. mille ducenti quadraginta septem. filii arum. mille decem et septem. Leuite filii iesue et zedmihel filiorum odouie. septu-

Dic. xv. c
et. xix. c
ij. pa. xxxvi. d

ij. Esdre. ij. b

Esdre. vij.
ij. cl. vij.

agintaquattuor. **C**atores. Filij asaph. centū vi-
gintiocto. Filij ianitoꝝ. Filij sellū. filij atber. fi-
lij thelmon. filij accub. filij atbita. filij sobai. vni-
uersi centū trigintanouē. Nathinnei. Filij sia. fi-
lij asupha. filij thebboat. filij ceros. filij siaa. filij
phado. filij lebana. filij asaba. filij accub. filij a-
gab. filij selmai. filij anā. filij gaddel. filij gaer. fi-
lij raabia. filij rasin. filij nechoda. filij gazē. filij
azec. filij phasea. filij besec. filij asemaa. filij mu-
nim. filij nepbusim. filij bechue. filij acupha. filij
azur. filij bestuth. filij maida. filij arsa. filij ber-
cos. filij zizara. filij thema. filij nasia. filij atufa.
filij seruoz salomōis. filij sothei. filij sopbereth
filij pbaruda. filij iala. filij dercon. filij geddel. fi-
lij saphata. filij athil. filij phocereth. qui erant d
asebaim. filij amin. Omnes nathinnei ⁊ filij ser-
uoz salomonis trecenti nonagintaduo. Et hi q̄
ascenderunt de thelmala. thelarfa. cherub ⁊ don
⁊ mer. ⁊ nō potuerunt indicare domū patrū suo-
rum ⁊ semen suū: vtrū ex israel essent filij dalaia.
filij thobia. filij nechoda. sexcenti q̄nq̄gintaduo
Et de filiis sacerdotum filij iobia. filij acos. filij
berzellai. qui accepit d̄ filiabus berzellai galaa
ditis vxorem. ⁊ vocatus est nomine eaz. Hi q̄sie-
runt scripturam genealogie sue. ⁊ nō inuenerūt
⁊ ciecti sūt d̄ sacerdotio. Et dixit atbersatha eis
vt nō comederent de sanctosanetoꝝ: donec sur-
geret sacerdos doctus atq̄ perfectus. Omnis
multitudo quasi vn⁹ quadragintaduo milia tre-
centi septuaginta. exceptis seruis eozū ⁊ ancil-
lis q̄ erant septem milia trecenti trigintaseptē. ⁊
in ipsis cantores atq̄ cātatrices ducenti. Et eo-
rum sexcēti trigintasex. muli eozū ducenti q̄dragi-
taq̄nq̄. cameli eozū quadringenti trigintaquinq̄
asini eozū sex milia septingenti viginti. Et de p̄n-
cipibus patrū cum ingrederentur templum d̄ni
quod est in hierlm̄ spēte obtulerūt in domū dei
ad extruendam eam in loco suo. p̄m vires suas
dederunt impensas operis: auri solidos q̄dra-
ginta milia ⁊ mille: argenti minas q̄nq̄ milia. ⁊
vestes sacerdotales centū. Habitauerūt ergo sa-
cerdotes et leuite et de pp̄lo et catores et ianito-
res et nathinnei in vrbib⁹ suis: vniuersusq̄ isra-
el in ciuitatibus suis.

C. S. Cōgregat̄ ppl̄s in hierlm̄. et facto alta-
ri fec̄ scenophegia et ceteras solēmitates. alij vo-
ciferant̄ gaudētes: alij flentes. **Ca. III**

I Amq̄ venerat mēsis septim⁹ et erant fi-
lij isrl̄ in ciuitatibus suis. Cōgregat̄ est
ergo ppl̄s quasi vir vnus in hierlm̄. et
rexit iosue fili⁹ iosedech et fr̄s ei⁹ sacerdotes et
zorobabel fili⁹ salathiel et fr̄s ei⁹. et edificaue-
rūt altare dei isrl̄ vt offerret̄ i eo holocaustoma-
ta sicut scriptū est in lege moysi viri dei. Collo-
cauerūt aut̄ altare dei sup̄ bases suas deterrenti

bus eos p̄ circūitū ppl̄s terraz et obtulerūt su-
per illud holocaustū d̄no mane et vesp̄e. Fecerūt
q̄ solēmitatē tabernaculoꝝ sicut scriptum est: et
holocaustū dieb⁹ singulis p̄ ordinē p̄m p̄ceptuz
opus dei in die suo. et post hec holocaustū inge-
tam in kalēdis q̄ in vniuersis solēmitatib⁹ d̄ni q̄
erant cōsecrate. et in oibus in q̄bus vltro offere-
bat̄ mun⁹ d̄no. A p̄mo die mensis septimi. cepe-
rūt offerre holocaustū d̄no. Porro tēplū d̄i nō
dū fundatū erat. Dederūt aut̄ pecunias latomis
et cemētarijs: cibū q̄ et potū. et oleū sidonis ty-
rijsq̄ vt deferrerēt ligna cedrina de libano ad ma-
re ioppē: iuxta qd̄ p̄cepit cyrus rex psarum eis.
Anno aut̄ sc̄do a duētus eozū ad tēplū dei i hie-
rusalē mēse sc̄do ceperūt zorobabel fili⁹ salathiel
et iosue fili⁹ iosedech et reliq̄ de fratrib⁹ eozū
sacerdotes et leuite et oēs qui venerāt de capti-
uitate in hierlm̄. et cōstituerūt leuitas a viginti
annis et supra vt vgerēt opus d̄ni. Stetitq̄ io-
sue et filij eius et fr̄s ei⁹ cedmibel et filij eius et
filij iuda q̄si vir vnus vt instaret sup̄ eos q̄ facie-
bant opus in tēplo dei: filij enadab et filij eozuz
et fr̄s eozū leuite. Fūdato igit̄ a cemētarijs tem-
plo d̄ni: steterūt sacerdotes in ornatu suo: cū tu-
bis: et leuite filij asaph in cymbalis vt laudarēt
deū p̄ manus dauid regis isrl̄. Et cōcinebant in
hymnis et cōfessioe d̄no qm̄ bonus: qm̄ in eter-
nū m̄p̄icordia ei⁹ sup̄ isrl̄. Dis q̄ ppl̄s vocifera-
bat̄ clamore magno in laudādo d̄nm: eo qd̄ fun-
datū esset tēplū d̄ni. Plurimi etiā de sacerdo-
tibus et leuitis et p̄ncipes patrū et seniores qui
viderant tēplū p̄us cū fundatū esset. et h̄ tēplū
in oculis eozū flebat̄ voce magna. et multi voci-
ferātes in leticia eleuabāt vocē. nec poterat q̄s
q̄ agnoscere vocē clamoris letantiū: et vocē fle-
tus ppl̄i. Cōmixtim em̄ ppl̄s vociferabatur cla-
more magno: et vox audiebatur p̄cul.

C. S. Impeditur edificatio ab hostib⁹ sama-
rie scribūt epl̄as accusatiōis. et dicūt qd̄ si edifi-
catur ciuitas: tributa regi psaz nō dabuntur: p̄-
hibetur opus templi. **Ca. III**

A dierūt aut̄ hostes iude et beniamin qz
filij captiuitatis edificaret̄ tēplū d̄no
deo israel. et accedentes ad zorobabel et
ad p̄ncipes patrū: dixerūt eis. Edificemus vo-
biscū. qz ita vt vos q̄rim⁹ deū vestrū. Ecce nos
immolauim⁹ victimas a dieb⁹ assoraddaz regis
assur: qui adduxit nos huc. Et dixit eis zoroba-
bel et iosue et reliq̄ p̄ncipes patrū israel. Nō est
nobis et vobis vt edificem⁹ domū deo n̄ro. sed
nos ipsi soli edificabim⁹ deo n̄ro sic p̄cepit nobis
cyrus rex psaz. Factū est igit̄ vt ppl̄s terre ipe-
diret man⁹ ppl̄i iude: et turbaret eos in edificā-
do. Cōduxerūt q̄ aduersus eos cōsiliatores vt
destruerēt consiliū eozū oibus diebus cyri regis

perfarum: et usque ad regnum Darij regis persarum. In regno autem assueri ipse est artaxerxes. in principio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores iude et hierusalem. Et in diebus artaxerxis scripsit besellam mitridates et thabeel et reliqui qui erant in consilio eorum ad artaxersem regem persarum. Epistola autem accusationis scripta erat syriace et legebat sermone cyro. Reu beeltheem et samsai scriba scripserunt epistolam unam de hierusalem artaxerxi regi huiusmodi. Reu beeltheem et samsai scriba et reliqui consiliatores eorum dynei et aphasathai therphalei. arphasei. herchuei. babylonij. susan nachei. dyei et clamite. et ceteri de gentibus quas transtulit assennaphar magnus et gloriosus. et habitare eas fecit in ciuitatibus samarie et in reliquis regionibus transflumen in pace. Hoc est exemplar epistole quam miserunt ad eum. Artaxerxi regi fui tui viri qui sunt transflumen: salutem dicunt. Notum sit regi: quod iudei qui ascendunt a te ad nos uenerunt in hierusalem ciuitatem rebellem et pessimam: quam edificauerunt extruentes muros eius et pietes componentes. Nunc igitur notum sit regi. quod si ciuitas illa edificata fuerit: et muri eius instaurati. tributum et vectigal et annuos redditus non dabunt: et usque ad reges hec noxa pueniet. Nos ergo memores salis quod in palatio comedimus. et quod lesiones regis videre nequeamus ducimus. idcirco misimus et nunciamus regi ut recenseas in libris historiarius patrum tuorum: et inuenies scriptum in commentariis et scias quam uerba illa uerba rebellis est et nocens regionibus et punicis: et bella concitantur in ea ex diebus antiquis. quod obire et ciuitas illa destructa est. Nunciamus nos regi: quam si ciuitas illa edificata fuerit: et muri ipsius instaurati: possessionem transflumen non habebis. Verbum misit rex ad reu beeltheem et samsai scribam et ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores samarie et ceteris transflumen salutem dicens et pacem. Accusationem quam misistis ad nos manifeste lecta est coram me et a me preceptum est et recesserunt: inueneruntque quam ciuitas illa a diebus antiquis aduersum reges rebellat et seditioes et prelia concitant in ea. Nam et reges fortissimi fuerunt in hierusalem: qui et dominati sunt omni regioni que transflumen est. Tributum quoque et vectigal et redditus accipiebant. Nunc ergo audite sententiam. Prohibeatis uiros illos ut uerba illa non edificent donec si forte a me iussum fuerit. Videte ne negligentibus impleatis et paulatim crescat malum super reges. Itaque exemplum edicti artaxerxis regis lectum est coram reu beeltheem et samsai scriba et consiliariis eorum. Et abierunt festini in hierusalem ad iudeos. et prohibuerunt eos in brachio et robore. Tunc intermissum est opus domus domini in hierusalem. et non fiebat usque ad annum secundum regni darij regis persarum.

L. S. Ad exhortationem aggei et zacharie 3020

babel et iosue iteque edificare templum incipiunt et pascha celebrant transflumen: consulit darium pepis stolas super hoc.

Prophetauerunt autem aggeos propheta et zacharies filius addo prophetas ad iudeos qui erant in iuda et hierusalem et in nomine dei israel. Tunc surrexerunt zorobabel filius salathiel et iosue filius iosedech. et ceperunt edificare templum domini in hierusalem. et cum eis prophete dei adiuuantes eos. In ipso autem tempore uenit ad eos thatannai qui erat dux trans flumen et starbuzannai et consiliarij eorum: sicque dixerunt eis. Quis dedit uobis consilium ut domum hanc edificaretis et muros eius instauraretis? Ad quod respondit eis que essent nomina hominum auctorum edificationis illius. Oculis autem dei eorum factus est super senes iudeorum. et non potuerunt inhibere eos. Placuit uero res ad darium referret et tunc satisfaceret aduersum accusationem illam. Exemplar epistole: quam misit thatannei dux regionis trans flumen et starbuzannai et consiliatores eius aphasathai qui erat trans flumen ad darium regem. Sermo quem miserunt ei sic scriptus erat. Dario regi parois. Notum sit regi esse nos ad iudeas puincia ad domum dei magni que edificat lapide imposito. et ligna ponuntur in parietibus: opusque illud diligent extruitur et crescit in manibus eorum. Interrogauimus ergo senes illos: et ita diximus eis. Quis dedit uobis potestatem ut domum hanc edificaretis: et muros hos instauraretis? Sed et nomina eorum que sumimus ab eis ut nunciarem tibi: scripsimusque nomina eorum uiroque qui sunt principes in eis. Huiusmodi autem sermone responderunt nobis dicentes. Nos sumus serui dei celi et terre. et edificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos quod rex israel magnus edificauerat et extruxerat. Postquam autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri deum celi: tradidit eos in manus nabuchodonosor regis babilonis chaldei. domum quoque hanc destruxit: et populum eius transtulit in babilonem. Anno autem primo cyri regis: cyrus rex babilonis proposuit edictum ut domus dei edificaret. Nam et uasa templi dei aurea et argentea que nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in hierusalem. et asportauerat ea in templum babilonis: protulit cyrus rex de templo babilonis. et data sunt sasabasar uocabulo quem et principem constituit: dixitque ei. Hec uasa tolle et uade. et pone ea in templo quod est in hierusalem et domus dei edificet in loco suo. Tunc itaque sasabasar ille uenit. et posuit fundamenta templi dei in hierusalem. et ex eo tempore usque nunc edificat et necdum completum est. Nunc ergo si uideat regi bonum recenseat in bibliotheca regis que est in babilone uerbum nam a cyro rege iussum fuerit ut edificaretur domus dei in hierusalem. et uoluntatem regis super hac remittat ad nos.

C. S. Dari⁹ bibliotheca faciēs renoluit de-
cretū cyri regis p̄cepisse. et qđ ip̄e edificauerit p̄
prijs sumptibus: dat et ip̄e p̄ceptū qđ edificetur
domus dñi. et cōcedit iudeis fortissimū p̄uilegi-
um: celebrant solēnitates azimoz. **Ca. VI**

Quinc dari⁹ rex p̄cepit et recensuerūt i bi-
bliotheca libroz q̄ erāt repositi i baby-
lone. et inuentuz est in eubatbanis qđ ē
castrū in Medea puincia: volumen unū talisqz
scriptus in eo cōmentari⁹. Anno p̄mo cyri regis
cyrus rex decreuit vt domus dei edificaret^r q̄ est
in hierlm in loco vbi imolauit hostias. et vt po-
nant fundamēta suppositātia altitudinem cubi-
toz sexaginta: et latitudinē cubitoz sexaginta: or-
dines de lapidibus impolitus tres: et sic ordies
de lignis nouis. Sumptus autē de domo regis
dabunt. Sed et vasa templi dei aurea et argētea
que nabuchodonosor tulcrat de tēplo hierlm: et
attulerat ea in babylonē: reddantur et referātur
in templū hierlm in locū suū que et posita sunt i
tēplo dei. Nūc ergo thātannei dux regiōis q̄ est
trans flumē et starbuzānai et cōsiliarij vñi apbar
sathei qui estis trans flumen: p̄cul recedite ab il-
lis: et dimittite fieri tēplū dei illud a duce iudeo-
rum et a senioribus eoz. et domus dei illa edifi-
cetur in loco suo. Sed et a me p̄ceptū est qđ opor-
teat fieri a p̄sbyteris iudeoz illis vt edificet^r do-
mus dei scz vt de arca regis: id est de tributis q̄
dant^r de regiōe trans flumē studiose sumpt^r den-
tur viris illis ne impediat^r opus. Quod si necesse fue-
rit et vitulos et agnos et hēdos in holocaustum
deo celi: frumentū sal vinū et oleū s̄m rituz sacer-
dotū qui sunt in hierlm de^r cis p̄ singulos dies
ne sit i aliquo q̄rimonia. et offerat oblatōes deo
celi: orentqz p̄ vita regis et filioz ei⁹. A me ergo
positū est decretū vt oīs hō qui hanc mutauerit
iussione: tollat lignū de domo ip̄ius: et erigat et
cōfigat in eo: dom⁹ autē ei⁹ publice. Deus autē
q̄ habitare fecit nomē suū ibi: dissipet oīa regna
et pplm qui extenderit manū suā vt repugnet et
dissipet domū dei illā que est in hierlm. Ego da-
rius statui decretū: qđ studiose implere volo. Igit^r
thātannei dux regiōis trans flumen et starbu-
zannai. et cōsiliarij ei⁹ s̄m qđ p̄cepit dari⁹ rex sic
diligenter executi sunt. Seniores autē iudeozum
edificabant et p̄sperabant iuxta p̄phetiaz aggei
p̄pbete et zacharie filij addo. Et edificauerunt et
cōstruxerūt iubente deo isrl: et iubente cyro et da-
rio et artaxerse regibus persaz. et cōpleuerūt do-
mū dei istā vsqz ad diē tertiū mensis adar qui ē
annus sext⁹ regni darij regis. Fecerūt autē filij is-
rael sacerdotes et leuite et reliqz filioz trāsmigra-
tiōis dedicationē domus dei in gaudio. et obtu-
lerūt in dedicatiōe dom⁹ dei vitulos centū. arie-
tes ducentos. agnos quadringentos. hircos ca-

praz p̄ peccato totius israel: duodecim iuxta nu-
merum tribuū isrl. Et statuerūt sacerdotes i or-
dinibus suis et leuitas in vicib⁹ suis sup opera
dei in hierlm: sicut scriptus est in libro moysi. Fe-
cerūt autē filij transmigratiōis pasca quattadeci-
ma dies mēsis p̄mi. Purificati em fuerāt sacer-
dotes et leuite quasi vnus. oēs mūdi ad imolan-
dū pasca vniuersis filijs transmigratiōis et fra-
tribus suis sacerdotib⁹ et sibi. Et comederūt fi-
lij israel qui reuersi fuerant de transmigratiōe et
oēs qui se sepauerant a coinquatiōe gentiū ter-
re ad eos vt q̄rerent dñm deū israel. Et fecerūt
solennitatē azimoz septē diebus in leticia. quo-
niam letificauerat eos dñs: et cōuerterat cor re-
gis assur ad eos vt adiuuaret manus eoz i ope
domus dñi dei isrl.

C. S. Ascendit Esdras de babylone. de edicto
artaxerxis. de honore templi. de libertate mini-
strozum eius. **Ca. VII**

Quod est hec autē v̄ba in regno artaxerxis re-
gis persaz: esdras filius saraie filij aza-
rie. filij belchie. filij sellū. filij sadoch. fi-
lij achitob. filij amarie. filij azarie: filij maraiotb
filij zarie. filij ozi. filij bocci. filij abisue. filij phi-
nees. filij eleazar. filij aaron sacerdot^r ab initio.
ip̄e esdras ascendit de babylone. et ip̄e scriba ve-
lor in lege moysi quā dñs deus dedit israel. Et
dedit ei rex s̄m manū dñi dei eius bonā sup euz
oēm petitionē ei⁹. Et ascēderūt de filiis israel et
de filiis sacerdotū et de filiis leuitaz et de cāto-
ribus et de ianitorib⁹ et de nathinneis. in hierlm
anno septimo artaxerxis regis. et venerūt in hie-
rusalē mēse q̄nto: ip̄e est annus septimus regis.
Quia in p̄mo die mensis p̄mi cepit ascendere d
babylone. et in p̄mo die mensis q̄nti venit i hie-
rusalē iuxta manū dei sui bonam sup se. Esdras
autē parauit cor suū vt inuestigaret legem dñi: et
faceret et doceret in israel p̄ceptum et iudicium
Hoc est autē exemplar ep̄le edicti. qđ dedit rex ar-
taxerxes esdre sacerdoti scribe erudito in sermo-
nibus et in p̄ceptis dñi et cerimonijs ei⁹ in isrl.
Artaxerxes rex regum: esdre sacerdoti scribe le-
gis dei celi doctissimo salutē. A me decretum est
vt cuiqz placuerit in regno meo d̄ pplō israel
et de sacerdotib⁹ eius et de leuitis ire in hierlm
tecū vadat. A facie em regis et septē cōsiliatorū
eius missus es vt visites iudeam et hierlm in le-
ge dei tui q̄ est in manu tua. et vt feras argentuz
et aux qđ rex et cōsiliatores ei⁹ spōte obtulerūt
deo isrl cui⁹ in hierlm tabernaculū est. Et omne
argentū et aux qđcumqz inueneris in vniuersa
puincia babylonis et ppl̄s offerre voluerit: et d
sacerdotib⁹ qui sponte obtulerint domui dei sui
que est i hierlm: libere accipe: et studiose eme de
hac pecūia vitulos: arietes: agnos: et sacrificia:

z libamina eoz. z offer ea sup altare templi dei vñ qđ est in hierlm. Sed z si qđ tibi z frīb⁹ tuis placuerit de reliq⁹ argēto z auro vt faciatis iux⁹ volūtate dei vñ facite. Vasa qđ qđ dant tibi i ministeriū dom⁹ dei tui: trade in cōspectu dei i hierusalē. Sed z cetera qđbus op⁹ fuerit in domum dei tui quātūcūqz necesse ē vt expendas dabis de thesauro z de fisco regis z a me. Ego artaxerxes rex statui atqz decreui oībus custodib⁹ arce publice qđ sunt trās flumen vt qđcūqz petierit a vob⁹ esdras sacerdos scriba legis dei celi absqz mora detis vsqz ad argēti talēta centū: z vsqz ad frumēti choros centū. z vsqz ad vini bathos centū. z vsqz ad bathos olei centū. sal nō absqz mēsurā. De qđ ad ritū dei celi ptinet: tribuatur diligenter in domo dei celi ne forte irascat⁹ rēgnū regis z filioz eius. Vobis qđ notū facim⁹ vniuersis sacerdotib⁹ z leuitis cantorib⁹ z ianitorib⁹ uathinneis z ministris dom⁹ dei hui⁹: vt vectigal z tributū z annonas nō habeatis potestātē iponēdi sup eos. Tu autē esdra fm sapiāz dei tui qđ est in manu tua cōstitue iudices z presides: vt iudicēt oī pplō qđ est trās flumen. his videlz qđ nouerūt legē dei tui. sed z impitos doce te libere. Et oīs qđ nō fecerit legē dei tui z legem regis diligēt: iudiciū erit de eo siue in mortem siue in exiliū siue in cōdemnationē sube eius. vel certe in carcerē. Et dixit esdras scriba. Bñdict⁹ dñs deus patz nostroz qđ dedit hoc in corde regis vt glorificaret domū dñi que est in hierlm z in me inclinauit misericordiam suā corāz rege z pfiliatoribus eius z vniuersis pncipibus regis potentibus. Et ego cōfortat⁹ iuanu dñi dei mei qđ erat in me: cōgregaui de isrl pncipes qui ascēderunt mecum.

A **U. S.** De his qđ ascendit cū esdra z directiōe itineris post fletū z ieiunū. Appēdunt vasa templi: z offerūt ea cū holocaustis in hierusalem.

H sunt ergo pncipes fa- **Ca. VIII**
miliar⁹ z genealogie eoz qđ ascēderunt mecum in regno artaxerxis regis de baby lone. De filiis pbinces. gerson. De filiis itbam. daniel. De filiis dauid. atthas. De filiis sechenic: z de filiis pharos. zacharias: z cū eo numerati sunt viri centū qnqzinta. De filiis phetmoab. elioenai filius zaree. z cum eo ducenti viri. De filiis sechenic: filius ezechiel. z cum eo trecenti viri. De filiis addannabeth fil⁹ ionathan z cū eo qnquaginta viri. De filiis helaz. esaias fil⁹ atthalie. z cum eo septuaginta viri. De filiis saphatie. zebedia fil⁹ michael. z cū eo octoginta viri. De filiis ioab. obedia fil⁹ iheibel. z cum eo ducēti decē z octo viri. De filiis selomith. filius iosphie: z cū eo centuz sexaginta viri. De filiis bebai zacharias fil⁹ bebai. z cum eo viginti

octo viri. De filiis ezeab iohānā fil⁹ ezethau et cū eo cētū decē viri. De filiis adonicā qđ crāt nouissimi. z h⁹ noīa eoz: helipbelet z beibel z samaias. z cū eis sexaginta viri. De filiis beggui. vthai. z zachur. z cū eis septuaginta viri. Congregauit autē eos ad flumē qđ decurrit ad hana. z mansim⁹ ibi trib⁹ dieb⁹. Quesiuiqz in pplō et in sacerdotib⁹ de filiis leui: z nō inueni ibi. Itaqz misi helizer et ariel z semeiā z helnathan et arib z altez helnathan z natban z zacharias et mosollā pncipes. z ioarib z helnathan: sapentes. z misi eos ad heldo qđ est p⁹ i casphie loco. Et posui in ore eoz vba qđ loqrent⁹ ad heddo. z ad frēs ei⁹ nathineos i loco casphie vt adducerēt nobis ministros dom⁹ dei nri. Et adduxerūt nobis p manū dei nri bonā sup nos virū doctissimū de filiis mooli. filij leui. filij isrl. z sarabiā: z filios ei⁹ z frēs ei⁹ decē z octo. z asabiā z cum eo esaiā de filiis merari. frēs ei⁹ z filios ei⁹ viginti. Et de nathinneis qđ dederat dauid z pncipes ad ministeria leuitarū nathinneos ducentos viginti. Omnes hi suis noīb⁹ vocabātur. Et pdicaui ibi ieiunū iux⁹ flumē hana vt affligeremur corā dño deo nro et peterem⁹ ab eo viā rectā nobis et filiis nris vniuersiqz substātie nre. Erubui em̄ ptere regē auxiliū et eqtes qđ defenderēt nos ab inimico in via. qz dixeramus regi Man⁹ dei nri ē sup omnes qđ qrūt eū in bonitate et imperiū ei⁹ et fortitudo ei⁹ et furor sup oēs qđ derelinquūt eū. Ieiunauim⁹ autē z rogauimus deū nostrū p h⁹. et euenit nobis pspere. Et separaui de pncipib⁹ sacerdotū duodecim. sarabiam z asabiā et cū eis de fratrib⁹ eoz decē. Appēdēz eis argentū et aurū et vasa consecrata dom⁹ dei nostri qđ obtulerat rex et cōsiliatores ei⁹ et pncipes ei⁹. vniuersusqz isrl eoz qđ inuenti fuerāt. Et appendi in manib⁹ eoz argēti talēta sexcēta qnquaginta. et vasa argētea cētū. auri nō centū talēta. et crateras aureas viginti qđ habebāt solidos millenos. et vasa ex fulgentis optimi duo pulcra vt aurū. Et dixi eis. Vos sancti dñi z vasa sancta et argentū et aurū qđ spōte oblatū est dño deo patrum nostrorum. Vigilate et custodite. donec appēdatis corā pncipib⁹ sacerdotū et leuitarū et ducibus familiarū isrl in hierlm i thesauris dom⁹ dñi. Susceperūt autē sacerdotes et leuite pondus argenti et auri et vasoz vt deferrent hierlm in domū dei nostri. Promouim⁹ ergo a flumine hana duodecima die mēsis pmi vt pgerem⁹ hierlm. Et man⁹ dei nostri fuit sup nos z liberauit nos de manu inimici et infidatoris in via. Et venimus hierusalē et mansim⁹ ibi tribus diebus. Die autē quarta appēsum est argentū et aurū et vasa in domo dei nri p manū remot⁹ filij vrie sacerdotis. et cum eo eleazar fi

lius phinees. cuiusq; eis iozaded filius iosue et no-
adai filius bennoi leuite iuxta numez et pon-
dus omniu. Descriptum est omne pondus in tpe
illo. Sed et qui venerat de captiuitate filij tras-
migratiōis obtulerūt holocaustomata deo isrl:
vitulos duodecim p omni populo isrl: arietes no-
naginta sex: agnos septuaginta septē: hircos pro-
pctō duodecim: omnia in holocaustū dño. Dede-
runt autē edicta regis satrapis qui erant de con-
spectu regis et ducibus tras flumen: et eleuaue-
runt pplm et domū dei.

L. S. Nunciatur esdre qd filij israel nō sūt se-
parati a populo terreimo etiam duxerūt i vro-
res filias eoz. hoc audito esdras scidit palliuz
suū et tunicam et euellit pilos capitis eius: et
sedens plorat.

La. IX

Distq; autē hec cōpleta sunt accesserūt ad
me pncipes dicetes. Nō est sepatus po-
pulus israel et sacerdotes et leuite a po-
pulis terraz. et de abominatiōibus eoz chana-
nei videl. cet et ethei et pberesei et iebusei et ammo-
nitaz et moabitaz et egyptioz et ammoreorum
Tulerūt em̄ de filiab⁹ eoz sibi et filijs suis. et cō-
miserūt semen sanctū cū populis terraz. Ma-
nus etiā pncipū et magistratuū fuit in trasgressi-
one hac pma. Cūq; audissem fimonē istuz: scidi
palliū meū et tunicā. et euelli capillos capitis
mei et barbe et sedi merens. Cōuenerunt autē ad
me oēs q̄ timebant x̄bū dei israel p trasgressio-
ne eoz qui de captiuitate venerāt. et ego sedebā
tristis vsq; ad sacrificiū vespertinū. Et in sacri-
ficio vespertino surrexi de afflictōe mea et scisso
pallio et tunica curuaui gēna mea: et expandi
manus meas ad dñm deum meuz: et dixi. Deus
meus cōfundor et erubescō leuare faciē meaz ad
te: qm̄ iniquitates nre multiplicatae sunt super ca-
put nostrū. et delicta nra creuerūt vsq; ad celuz a
diebus patz nostroz. Sed et nos ipi peccauim⁹
grauiter vsq; ad diē hanc: et in iniquitatib⁹ nostrū
traditi sum⁹ ipi et reges nri et sacerdotes nostri
in manus regū terraz. et in gladiū et in captiui-
tatē et in rapinā et in cōfusione vultus sicut et
diē hac. Et nūc qsi ad parū et momentū facta est
dēpcatio nra apud dñm deū nostrū vt dimitterē-
tur nobis reliq̄: et daret pax illi⁹ in loco scō ei⁹
et illuminaret oculos nros deus noster. et daret
nobis vitā modicā in fuitute nra: qz fui sumus
et in fuitute nra nō dereliquit nos deus noster
et inclinauit sup nos misericordiaz coram rege
psarū: vt daret nobis vitā et sublimaret domū
dei nri. et extrueret solitudines eius. et daret no-
bis spem in iuda et hierlm. Et nunqd dicem⁹ do-
mine deus nr post h. Quia dereliquimus mādata
tua q̄ pcepisti in manu suoz tuoz pphetaz di-
cens. Terra ad quam vos ingredimini vt possi-

deatis eā: terra imūda est iuxta imunditiā po-
puloz: ceterarūq; terraz abominatiōibus eozū
q̄ repluerūt eā ab ore vsq; ad os coinōnatione
sua. Nūc ergo filias vestras ne detis filijs eozū
et filias eoz ne accipiatis filijs vestris. et nō q̄-
ratis pacē eoz et p̄speritatē eoz vsq; in eternū
vt cōfortemini et comedatis q̄ bona sūt terre et
heredes habeatis filios vros vsq; in seculū. Et
post oia q̄ vengerunt sup nos in opibus nostris
pessimis et in delicto nro magno. qz tu deus no-
ster liberaisti nos d̄ iniquitate nostra et dedisti no-
bis salutē sicut ē hodie vt nō cōuerteremur et ir-
rita faceremus mādata tua: neq; matrimōia iū-
geremus cū pplis abominationū istaz. Nūquid
iratus est nob vsq; ad cōsummatiōem: ne dimit-
teres nob reliq̄as ad salutē. Dñe deus isrl: iust⁹
es tu. qm̄ derelicti sumus q̄ saluaremur sicut diē
hac. Ecce corā te sumus in delicto nro. Nō enim
stari pōt corā te sup hoc.

L. S. Penitet et luget pplis: sepantur vxores
alienigene: describunt illi q̄ eas abiecerūt.

Sic ergo orate esdra et iplo: **La. X**
rante deū: et flēte et iacete ante tēplum
dei: collect⁹ est ad eū de isrl cetus gran-
diu nimis viroz et muliez et pueroz. Et fleuit
ppls multo fletu. Et rñdit sechemas fili⁹ iebiel
de filijs belā: et dixit esdre. Nos p̄uaricati sum⁹
in deū nostruz: et duximus vxores alienigenas
de pplis tre. Et nūc si ē pnia in isrl sup hoc pec-
tiamus fedus dño deo nro vt pnciamus vniuer-
sas vxores. et eos q̄ de his nati sūt. Iuxta volū-
tatē dñi et eoz q̄ tenēt pceptū dñi dei nri fm le-
gē fiat. Surge. tuū ē discernere: nosq; erimus te
cū. Cōfortare et fac. Surrexit ergo esdras et ad-
iurauit pncipes sacerdotū. et leuitaz et oēm is-
rael vt facerēt fm x̄bū hoc. Et iurauerūt. Et sur-
rexit esdras añ domū dei: et abiit ad cubiculum
iobannā filij eliasib. et igressus est illuc. Manē
nō comedit et aquā nō bibit. Iugebat em̄ tras-
gressionem eoz qui venerant de captiuitate. Et
missa ē vox in iuda et in hierlm oib⁹ filijs tras-
migratiōis vt cōgregarent in hierlm. et ois qui
nō venerit in trib⁹ dieb⁹ iux cōsiliū pncipū et se-
niorz: aufere⁹ vniuersa substantia ei⁹ et ipē abij-
cie⁹ de cetu tras migratiōis. Cōuenerunt igitur
oēs viri iuda et beniamin in hierlm tribus die-
bus: ipē est mēsis nonus vicesima die mensis et
sedit ois pplis in platea domus dei: tremētes p
peccato et plurijs. Et surrexit esdras sacerdos
et dixit ad eos. Vos trasgressi estis et duxistis
vxores alienigenas vt adderetis sup delictum
israel. Et nūc date cōfessionē dño deo patrū ve-
stroz et facite placitū eius. et sepami oi a po-
pulis tre et ab vxorib⁹ alienigenis. Et rñdit vni-
uersa multitudo: dixitq; voce magna. Iuxta

D

A

ij. esdrevij s

ij. esdre. ix. h

B

 eliasib. et eliasib genuit ioiada. et ioiada genuit
 ionathan. et ionathā genuit iedda. In dieb⁹ aut
 ioachim erant sacerdotes et pncipes familiarū
 saraie. maarie. hieremie. ananie. esdre. mosollā.
 amarie. iohannan ilico ionathā. sebenie. ioseph
 arā. edna. maraioth. elciadaie. zacharie. genthō
 mosollā. abie. zechzi miamim et moadie: feltbi.
 belge. sammua. semeie. ioathan. ioarib. matha-
 nai. iodaie. azzī. sellaie. celaia: mochober. elchie
 asebie. idaie. nathanabel. Leuite in diebus elia-
 sib et ioiada et ionam. et iedboa scripti pnci-
 pes familiarum et sacerdotes in regno darij p
 se. Filij leui principes familiarū scripti in libro
 vborū dierū: et vsq⁹ ad dies ionathan filij elia-
 sib. Et pncipes leuitay asebia. serebia. et iosue
 filij cedmibel et frēs eoz p vices suas vt lauda-
 rēt et cōfiterēt iuxta pceptū dauid viri dei. et ob-
 suarēt eque p ordine. Mathania: et bebetia et
 obedia mosollā thelmon accub. custodes por-
 t i

taꝝ ⁊ vestibuloꝝ añ portas. Hi i diebꝫ ioachi filij iofue. filij iofedech. ⁊ in diebꝫ neemie ducis ⁊ esdre sacerdotij scribeꝝ. In dedicatione autē muri hierlm requirūt leuitas de oibꝫ locis suis. vt adducerēt eos in hierlm. ⁊ facerēt dedicationē. ⁊ leticiā i actione grāꝝ ⁊ cantico. ⁊ in cymbalis psalterijs ⁊ citbaris. Cōgregati sunt atē filij cantoy ⁊ de cāpestribꝫ circa hierlm ⁊ de villis netuphati. ⁊ domo galgal. ⁊ de regionibꝫ geba ⁊ asmaueth. qm̄ villas edificauerūt sibi cātoꝝ i circuitu hierlm. Et mūdati sunt sacerdotes ⁊ leuite ⁊ insidauerūt pplm ⁊ portas ⁊ murꝫ. Ascēdere atē feci pncipes iuda sup murꝫ ⁊ statui duos choros laudantiū magnos. Et ierūt ad dexterā sup murꝫ ad portā sterq̄linij. Et iuit post eos ofayas ⁊ media ps pncipū iuda ⁊ azarias. esdras. ⁊ mo sullā. iuda ⁊ bēiamin. ⁊ semeia. ⁊ hieremia. Et de filijs sacerdotū in tubis zacharias filiꝫ ionathā filiꝫ semeie. filiꝫ mathanie. filiꝫ michaie. filiꝫ zechur. filiꝫ asaph: ⁊ frēs eiꝫ semeia ⁊ azarel. mala lai. galalai. maai. nathanael ⁊ iuda ⁊ anani. i vasis cācti dauid viri dei ⁊ esdras scriba añ eos i porta fontis. Et ꝑ eos ascēderūt i gradibꝫ ciuitatis dauid in ascensu muri super domū dauid ⁊ vsqꝫ ad portā aquay ad orientē. Et chorus secū dus grās referentiū ibat ex aduerso: ⁊ ego post eū. ⁊ media ps ppli sup murꝫ ⁊ sup turrim furnorum ⁊ vsqꝫ ad murꝫ latissimū ⁊ sup portā effraiz ⁊ sup portā antiquā: ⁊ sup portā pisciū ⁊ turrim ananebel. ⁊ turrim emath. ⁊ vsqꝫ ad portam gregis. ⁊ steterunt i porta custodie. Steterūtqꝫ duo chori laudantiū in domo dei: ⁊ ego ⁊ dimidia pars magistratum mecum. Et sacerdotes eliachim. maasia. miamin. michea. elioenai. zacharia. ⁊ anania in tubis ⁊ maasia. ⁊ semeia. ⁊ eleazar ⁊ azi ⁊ iohānan ⁊ melchia ⁊ elan et ezer. Et clare cecinerūt cantoyes: ⁊ iezraia prepositꝫ. Et imolauerunt in die illa victimas magnas et letati sunt. Deus enī letificauerat eos leticia magna. Sed ⁊ vxores eoy ⁊ liberi gauisi sunt. ⁊ audita ē leticia illa hierlm pcul. Recēserunt qꝫ in die illa viros super gazophylatia thesauri. ad libamina ⁊ ad pmitias ⁊ ad decimas vt introferrent ꝑ eos pncipes ciuitatij in decore gfarū actiōnes sacerdotes et leuitas. qꝫ letificatꝫ est iuda in sacerdotibꝫ ⁊ leuitis astantibus. Et custodierunt obseruationē dei sui. ⁊ obseruationes expiationis ⁊ cātoꝝ ⁊ ianitores iuxta preceptū dauid ⁊ salomōis filij eiꝫ: qꝫ i diebꝫ dauid ⁊ asaph ab exordio erāt pncipes pstituti cantoy in carmine laudantiū ⁊ pfitentiū deo. Et ois isrl in diebꝫ zorobabel ⁊ in diebꝫ neemie dabāt ptes cātoꝝ ⁊ et ianitoribus ꝑ dies singulos ⁊ scificabāt leuitas. ⁊ leuite sanctificabāt filios aaron.

L. S. Deuteronomiū legif sepant a hierusalē

alienigene. sacerdotū ptes ⁊ leuitay ponunt in gazophylatiū domꝫ dñi. de basis tobie q̄ esdras picit extra gazophylatiū ministris tēpli reddū tur partes.

Ca. XIII

In die autē illio lectū ē i volumine moysi audiēte pplo. Et inuētū ē scriptū in eo qꝫ nō debeāt introire amonites ⁊ moabites in eccliaz dei vsqꝫ in eternū eo qꝫ nō occurrerint filijs isrl cū pane ⁊ aq̄ et cōdixerūt aduersum eos baalā ad maledicēdū eis et cōuertit deus nř maledictionē in bñdictionē. Factū ē autē cū audissent legē. sepauerūt omnē alienigenam ab isrl. Et sup b̄ erat eliasib sacerdos q̄ fuerat ꝑ positꝫ in gazophylatio domꝫ dei nostri. ⁊ ꝑrimꝫ tobie. Fecit gꝫ sibi gazophylatiū grāde ⁊ ibi erāt añ eū reponētes munera et thus ⁊ vasa ⁊ decimā frumēti vini ⁊ olei. ptes leuitay ⁊ cātoꝝ et ianitorꝝ ⁊ pmitias sacerdotales. In oibus autē his nō fui in hierlm. qꝫ in āno tricesimo secundo artaxerxis regij babylonis veni ad regē. Et in fine dieꝝ rogau regē ⁊ veni in hierlm. Et itelleri malū qd̄ fecerat eliasib tobie: vt faceret ei thesaurū in vestibulꝫ domꝫ dei. ⁊ malū mihi visus ē valde. Et picci vasa domꝫ tobie foras de gazophylatio. ꝑcepitqꝫ ⁊ emūdauerūt gazophylatiū. Et retuli ibi vasa domꝫ dei sacrificium ⁊ thus. Et cognoui qꝫ ptes leuitay nō fuissent date. ⁊ fugissꝫ vnusqꝫqꝫ i regionē suā de leuitis ⁊ cātoꝝ ⁊ de his q̄ ministrabāt ⁊ egi cāꝫ aduersū magistratꝫ ⁊ dixi. Quare dereliqꝫ domū dei. Et cōgregaui eos ⁊ feci stare i statōibꝫ suis. Et ois iuda nꝫ portabat decimā frumēti: vini ⁊ olei in horrea. Et pstitui sup horrea selemiā sacerdotē. ⁊ sadoch scribā: ⁊ sadaiam de leuitꝫ ⁊ iux eos anan filiū zachur. filiū mathanie. qm̄ fideles ꝑ probati sunt. ⁊ ipis credite sup ptes fratru suoy. De mēto mei deꝫ meus ꝑ b̄: ⁊ ne deleas miserationes meas qꝫ feci in domo dei mei i ceremonijs eiꝫ. In diebus illis vidi i iuda calcātes torcularia in sabbato portātes acervos ⁊ onerātes super asinos vinū ⁊ vuas. ⁊ ficus et oē onus ⁊ iferētes in hierlm die sabbati. Et ꝑtestatus suꝫ eos vt in die q̄ vēdere liceret vēderēt. Et thyri hitauerūt in ea. inferentes pisces ⁊ omia venalia. Et vendebant in sabbatis filijs iuda ⁊ hierlm. Et obiurgau optimates iuda: ⁊ dixit eis. Que est h̄ res mala quā vos facitis et ꝑphanatꝫ dies sabbati. Nunquid nō hec fecerunt patres nostri et adduxit deus noster super nos omne malum b̄ et super ciuitatem hāc. Et vos additis iracundiā sup isrl. violando sabbatū. Factū ē autē cū q̄ uissent porte hierlm die sabbati: dixi. et clauserunt ianuas et ꝑcepit vt non apirent eas vsqꝫ post sabbatū. Et de ꝑueris meis pstitui sup portas vt nullus inferret onꝫ die sabbati. Et man

serūt negociatores et vendentes vniuersa venalia foris hierlm semel et bis et testat^r sum eos et dixi eis. Quare manetis ex aduerso muri. Si secūdo b̄ feceritis manū mittā in vos. Itaq; ex tēpore illo nō venerūt in sabbato. Dixitq; leuitis vt mūdarent et venirēt ad custodiendas portas et sc̄tificādū diē sabbati. Et p̄ b̄ g^o memento mei de^r et p̄ce mihi s̄m mltitudinē miserationū tuarū. Sed et i dieb⁹ illis vidi iudeos ducētes vxores azotitidas. ammonitidas et moabitidas. Et filij eorū et media pte loquebant azoticē et nesciebāt loq̄ iudaice. et loq̄bant iuxta linguā ppli et ppli. Et obiurgauī eos et maledixi. Et cecidi ex eis viros et decalcaui eos. et adiuraui i deo vt non darēt filias suas filijs eorū et nō acciperēt de filiab⁹ eorū filijs suis et sibimetip̄s dicēs. Nūqd nō i huiscemōi re peccauit salomon rex isrl. Et certe i gētib⁹ multis nō erat rex similis ei. et dilectus deo suo erat: et posuit eū de^r regē sup oēm isrl. Et ip̄m g^o duxerunt ad pctm̄ mulieres alienigene. Nūqd et nos inobediētes faciem⁹ oē malū grāde b̄: vt p̄uaricemur i deo n̄ro: et ducamus vxores pegrinas. De filijs at̄ ioiada filij eliasib̄ sacerdotis magni. gener erat sanaballath hozonitis quē fugauī a me. Recordare dñe de^r meus aduersum eos qui polluunt sacerdotiū. iusq; sacerdotale et leuiticū. Itaq; mundaui eos ab omnibus alienigenis. et p̄stitui ordines sacerdotū et leuitarū vnūquēq; i ministerio suo: et in oblatione lignorū i t̄pib⁹ cōstitutis et in p̄mitijs. De mēto mei deus meus in bonum. Amen.

Explicit liber Neemie, Incipit liber Esdre tertius

E. S. Quō iofias celebrās pascha. dedit populo oues agnos. morit^r iofias et p̄stituit hie^remias fili⁹ ei⁹ p̄ eo quē amauit rex egypti constituēs frat̄re ei⁹ ioachim p̄ eo. de trāsmigratione babylōis. de sedechia. et destructio hierlm. I

Fecit iofias pascha in hierosolymis dño et imolauit pascha q̄rtadecima luna primi mensis: statuēs sacerdotes p̄ vices dierū stolis amictos i templo dñi. Et dixit leuit^r sacris seruis israel. vt sc̄tificarent se dño. in positiōe sancte arce dñi in domo quā edificauit salomon filius dauid rex. Non erit vobis tollere sup humeros eā. Et nūc desuite dño v̄ro. et curā agite gētis illius israel ex pte s̄m pagos et trib⁹ vestras. s̄m scripturā dauid regis isrl. et s̄m magnificētiam salomonis filij ei⁹. oēs i tēplo. et s̄m p̄ticiulam p̄ncipat^r paternā vestrā eorum qui stāt in cōspectu frat̄rū filiorū israel. Immolate pascha

et sacrificia parate fratribus vestris: et facite s̄m p̄ceptū dñi qd̄ datū ē moyli. Et donauit iofias in plebē q̄ inuēta ē. ouiu agnoz et hedoz. et capraz trigita milia: vitulos tria milia. Nec de regalib⁹ data sunt s̄m p̄missionē pplō. et sacerdotib⁹ in pascha. oues numero duo milia. ac vituli cētū. Et icchonias et semeias et nathanabel frēs. et asabias et oziel et coroba i pascha: oues quinq; milia. vitulos quinq; etos. Et b̄ cū fierēt eleganter: steterūt sacerdotes et leuite h̄ntes azyma p̄ trib⁹. Et s̄m ptes p̄ncipat^r patrū i cōspectu populi offerebāt dño s̄m ea q̄ in libro moyli sc̄pta sūt. Et assauerūt pascha igni put oportebat: et hostias coxerūt i emolis et i ollis cū beniuolentia. Et attulerūt oib⁹ q̄ erāt ex plebe. et post hec pauerūt sibi et sacerdotib⁹. Sacerdotes em̄ offerebant adipēs vsq; dū finita esset hora et leuite pauerūt sibi et fr̄ib⁹ suis filijs aaron. Et sacrificatores filij asaph erāt p̄ ordinē s̄m p̄ceptū dñi. Et asaph et zacharias et ieddin⁹ q̄ erat a rege: et ostiarij p̄ singlas ianuas. ita vt nō p̄uaricaret vnusq; sua. Frēs em̄ illoz pauerūt illis. Et cōsumata sunt q̄ ptinebāt ad sacrificiū dñi. In illa die egerūt pascha. et offerebāt hostias super dñi sacrificiū s̄m p̄ceptū regl iofie. Et egerūt filij isrl q̄ inuēti sūt i tpe illo pascha. et diē festi azymoz p̄ dies septē. Et nō ē celebratū pascha tale i isrl a t̄pib⁹ samuel pp̄be. et oēs reges isrl nō celebrauerūt tale pascha q̄le egit iofias et sacerdotes et leuite et iudei et oīs isrl. q̄ inuēti sunt in cōmemoratiōe hierosolymis. Octauo decimo āno regnate iofia celebratū ē pascha. Et directa sūt opa iofie in cōseptu dñi sui i corde pleno metuētia et q̄ circa illū qd̄ cōscripta sunt in p̄stinis t̄pibus de eis q̄ peccauerūt quicq; irreligiosi fuerunt in dñm pre oī gēte. et q̄ nō q̄sierūt v̄ba dñi sup isrl. Et post omnē actū hūc iofie ascēdit p̄barao rex egypti veniens in charchamis ab itinere super eufratē et exiit in obuiā illi⁹ iofias. Et misit rex egypti ad iofiam dicēs. Quid mihi et tibi ē rex iude. Nō sum missus a dño vt pugnē contra te. Sup eufratē em̄ bellū meū est. Festinās descende. et nō est reuersus iofias sup currū: sed expugnare eū conabat. nō attendens v̄bū pp̄hete ex ore dñi sed cōstituit ad eū bellū in cāpo mageddo. Et descenderūt p̄ncipes ad regē iofia. Et dixit rex pueris suis. Amouete me a p̄lio. Infirmatus sum em̄ valde. Et statim amouerūt eū pueri ip̄ius de acie. et ascendit sup currū secundarius suū: et pueniens hierosolimā vita functus est: et sepul^r est in paterno sepulcro. Et in tota iudea lugebāt iofiam. et q̄ p̄sidebant cū vxoribus lamētābāt eū vsq; in hunc diē. Et datū est b̄ fieri semp in oē gen⁹ isrl. Nec autē p̄scripta sunt in libro historiarū regū iude. et singula gesta actus

iii. R. l. xxi. f. ij. pal. xxxv. c.

iosie eius gloria: et intellectus eius in lege domini. que
 que gesta sunt ab eo. et que non scripta sunt in libro
 regum israel et iude. Et assumptes qui erant ex gente ie-
 choniam filium iosie. constituerunt regem pro iosia patre suo
 cum esset annorum trigintatrium et regnavit super israel me-
 sibus tribus. Et amovit eum rex egypti ne regnaret
 in hierosolymis. et mulctavit gentem argenti talen-
 ta centum et auri talentum unum. Et constituit rex egyp-
 ti ioachim fratrem ipsius regem iude et hierusalem. et alli-
 gavit magistratum ioachim et zaracelum fratrem suum
 apprehendens reduxit egyptum. Annorum erat io-
 achim vigintiquinque cum regnare cepisset in terra
 iuda et hierusalem: et fecit malum in conspectu domini. Post
 hunc autem ascendit nabuchodonosor rex babilonis
 et alligavit eum in areolo vinculo perduxit in babylo-
 niam. et sacra vasa domini accepit nabuchodonosor. et
 tulit et consecravit in templo suo in babilonia. Nam
 de immundicia illius et irreligiositate scriptum est in
 libro temporum regum. Et regnavit ioachim filius
 eius pro eo. Cum autem constitutus esset. erat annorum octo.
 Regnavit autem menses tres. et dies decem in hierusalem
 et fecit malum in conspectu domini. Et post annum mit-
 tens nabuchodonosor transmigravit eum in baby-
 loniam simul cum sacris vasibus domini. et constituit sede-
 chiam regem iuda et hierusalem cum esset annorum vigin-
 tiunus. Regnavit autem annis vudeci. et fecit ma-
 lum in conspectu domini. et non est veritus a verbis que
 dicta sunt a hieremia propheta ex ore domini. et adiu-
 ratus a rege nabuchodonosor perurans discessit
 et indurata ceruice sua et corde suo. transgressus est
 legitima domini dei israel. Et duces populi domini multa ini-
 que gesserunt. et impie egerunt super omnes immundicias
 gentium. et polluerunt templum domini quod sanctum erat in
 hierosolymis. Et misit deus patrem ipsorum per an-
 gelum suum revocare eos: propter quod parceret illis
 et tabernaculo suo. Ipsi vero subsannabant in angu-
 lis suis. et qua die locutus est dominus erant illudentes
 prophetis eius. Qui usque ad iracundiam concitatus est.
 super gentem suam: propter irreligiositatem suam et prece-
 pit ascendere reges chaldeorum. Qui occiderunt iu-
 venes eorum in gladio. in circuitu sancti templi
 eorum et non pepercerunt iuveni et seni et virgini et
 adolescenti. sed omnes traditi sunt in manus ipsorum
 et omnia sacra vasa domini: et regales apothecas resu-
 mptes tulerunt in babiloniam: et incenderunt domum
 domini: et demolierunt muros hierusalem. et turres eius
 incenderunt in igne. Et consummauerunt omnia ho-
 norifica eius et ad nihilum redegerunt et reliqua a gla-
 dio duxerunt in babilonem. Et erant huiusmodi usque
 dum regnaret perseus in repletione verbi domini in ore hier-
 emie quousque benigne ageret terra sabbata sua
 Omni tempore discretiois sue sabbatizavit in applica-
 tione annorum septuagintaseptem.

L. S. Cyrus dat licentiam iudeis ut redeant in
 hierusalem. dās etiā eis vasa templi. mittit artaxerxi

epistola. accusans iudeos ne reedificent civitatem.

Regnate cyro rege persarum in presum-
 matione ubi domini in ore hieremie suscitavit
 dominus spiritum cyri regis persarum: et predicavit in to-
 to regno suo simul per scripturam dicens. Hec dicit
 cyrus rex persarum. De constituit regem orbi terrarum dominus
 israel dominus excelsus et significavit mihi edificare do-
 mum sibi in hierusalem que est in iudea. Si quis est ex gene-
 re vestro dominus ipse ascendat cum eo in hierusalem. Quot
 quot ergo circa loca habitant adiuvet eos qui sunt
 in loco ipso in auro et argento in donationibus cum equis et
 iumentis cumque alijs que sunt in vota apponunt in edes
 domini que est in hierusalem. Et stantes principes tribuum
 pagorum et iudee ex tribu beniamin et sacerdotes et
 levite quos excitavit dominus ascendere et edificare
 domum domini que est in hierusalem et que erant in circuitu eorum
 adiuvet in omni auro et argento eius et iumentis et vo-
 tis que pluribus multi que sensus excitat est. Et cy-
 rus rex pertulit vasa sacra domini que transtulit nabucho-
 donosor rex babilonis ex hierusalem et consecravit ea
 ydolo suo. Et proferes ea cyrus rex persarum tradi-
 dit mitridato que erat super thesauros ipsius. Per
 hunc autem tradita sunt salmanasaro presidi iudee.
 Horum autem hic numerus. Libatoria argentea. duo
 milia quadringenta: atque argentee triginta phia-
 le auree triginta. item argentee duo milia quadringen-
 te. et alia vasa mille. Omnia autem vasa aurea et argen-
 tea quinque milia octingenta sexaginta. Et enume-
 rata sunt salmanasaro simul cum his que ex captivi-
 tate babilonie venerant in hierosolymam. In ar-
 taxerxi autem regis persarum temporibus scripserunt
 ei de his qui inhabitant in iudea et hierusalem. bal-
 samus et mitridat et sabelli et rathimus balthi-
 mus samelius scriba et reliqui inhabitantes in sa-
 maria et ceteris locis subiectam epistolam regi arta-
 xerxi. Domine pueri tui rathimus ab accidentibus. et
 sabelli scriba et reliqui curie tue iudices in celesty-
 riam et phenice. Et nunc notum sit domino regi. quoniam iu-
 dei que ascenderunt a vobis ad nos venientes in hiero-
 rusalē civitatem refugam. et pessimam. edificant fur-
 nos eius et statuunt muros et templum suscitant.
 Quod si civitas ista et muri consummati fuerint. non
 tamen tributa non sustinebunt pendere: sed etiam regi-
 bus resistent. Et quia id agit circa templum recte ha-
 beri arbitrati sumus non despiciere hoc opus sed notum
 facere domino regi. ut si videbit rex: quera in libris
 patrum tuorum et inuenies in ammonitionibus scripta
 de his scies quoniam civitas ista fuit refuga. et reges
 et civitates concutiens. et iudei refuge. et plura con-
 mittentes in ea ab eterno. ob quam causam civitas
 ista deserta est. Nunc ergo notum facimus domino rex quoniam
 si civitas hec edificata fuerit et huiusmodi muri erecti
 fuerint. descensus tibi non erit in celestyria et phe-
 nicē. Tunc scripsit rex rathimo qui scribebat ac-
 cidentia et balthimo et sabellio scribe. et ceteris

cōstitutis et inhabitatib⁹ in syria et p̄henice ea q̄ subiecta sūt. Legi eplam quā misistis mibi. Precepi ergo inq̄ri et inuentū est. qm̄ ciuitas illa est ab cuo regib⁹ resistēs: et hoīes refuger̄ p̄lia ī ea efficiētes. et reges fortissimi erāt in hierlīm dñan tes et tributa exigētes. a celestynaz p̄henice. Nūc ergo p̄cepi p̄hibere hoīes illos edificare ciuitatē. et p̄hibere ne qd̄ ultra h̄ fiat. s̄ nec p̄cedant in plurimū: et q̄ sunt malicie: ita vt regib⁹ molestia importet. Tunc recitatis his q̄ a rege artaxerse scripta fuerāt rathimus et sabelli⁹ scriba. et q̄ cuz bis cōstituti erāt iungētes festināter venerūt in hierlīm. cum equitatu et turba et agmine. ceperūt q̄ edificantes p̄hibere. Et vacabant ab edificatione templi in hierusalem. vsq̄ secundo anno regni darij regis persarum.

L.S. Interrupta ē restauratio vsq̄ ad. xxv. annū darij. fecit cenā magnā dari⁹ rex persarū. de tribus custodiētib⁹ corpus regis. prim⁹ horū sua proponit. **Ca. III**

Rex dari⁹ fecit cenā magnā oībus verna culis suis. et oībus magistratib⁹ mede et psidis et oībus purpuratis. et pretorib⁹. et psulib⁹. et p̄fectis sub illo ab india vsq̄ ethiopia. centū vigintiseptē puincijs. Et cū māduca sentz bibissent et satiati reuerterent. tunc darius rex ascendit in cubiculo suo. et dormiuit. et exp̄ge fact⁹ est. Tunc illi tres iuvenes corpis custodes q̄ custodiebāt corp⁹ regis dixerūt alter alteri. Dicam⁹ vnusq̄sq̄ n̄m sermonē q̄ p̄cellat. et cuiuscumq̄ apparuerit p̄mo sapiētior alter⁹. dabit illi rex dari⁹ dona magna purpura coopiri. et in auro bibere et sup̄ aurū dormire. et currū aureo freno. et cydarim bissinā et torquē circa collū et secūdo loco sedebit a dario p̄pter sapientiā suā et cognat⁹ darij vocabit. Tūc scribētes singuli suum verbū significauerūt. et posuerunt sub⁹ cervical darij regis. et dixerunt. Cūq̄ surrexerit rex dabit illi scripta nostra et qd̄cūq̄ iudicauerit rex ē trib⁹ et magistrat⁹ psidis qm̄ verbū ei⁹ sapiēt⁹ est. ipsi dabit victoria sicut scriptū ē. Un⁹ sc̄psit. Forte est vinū. Ali⁹ sc̄psit. Fortior est rex. Tert⁹ sc̄psit. Fortiores sunt mulieres. sup̄ oīa at̄ vincit vitas. Et cū surrexisset rex acceperūt scripta sua. et dederūt illi: et legit. Et mittēs vocauit oēs magistrat⁹ psaz. et medos. et purpuratos et p̄tores et p̄fectos. et sederūt in scilio. et lecta sunt scripta corā ip̄is. Et dixit: vocate adolecētes et ip̄i indicabūt v̄ba sua. Et vocati sunt et introierunt. Et dixit illis. Indicate nob̄ d̄ his q̄ scripta sūt. Et cepit p̄or q̄ dixerat de fortitudine vini et dixit. Viri q̄ p̄ualet vinū oīb⁹ hoīb⁹ q̄ bibūt illō d̄ducit in entē. Itēq̄ regis et orphani facit mētem vanā. Itē serui ac liberi paup̄is ac diuitis et oēm mentē cōuertit in securitatē et iocūditatē. et

non meminit oēm tristitiā et debitū et oīa precordia facit honesta et non meminit regem nec magistratum et oīa p̄ talēta loq̄ facit. Et nō meminerunt cū biberūt amiciciā nec fraternitatē. sed nō multum post sumunt gladios et cum a vino merferint et surrexerint nō meminerunt q̄ gesserunt. **D** viri. nū p̄cellit vinū? Quis sic cogitat face re: et tacuit hoc dicto.

L.S. Secūd⁹ et tert⁹ silr p̄ponit: et cōcludit veritas esse fortior oībus. 30: obabel venit cum eplis regis in babiloniā. Numerant ascendentes de captiuitate transmigrationis. **III**

Et inchoauit sequēs dicere. q̄ dixit d̄ fortitudine regis. **D** viri: nū p̄cellūt homines. q̄ terrā et mare obtinent et oīa q̄ in eis sūt: Rex aut̄ sup̄ oīa p̄cellit. et dñat̄ eorū et oē quodcūq̄ dixerit illis faciūt. Et si miserit illos ad bellatores: vadūt et demoliunt mōtes et muros et turres. Jugulant et iugulāt et regis v̄bz nō p̄tereūt. Nā si vicerint afferunt regi oīa q̄cūq̄ p̄dati fuerint. Silr et alij oēs q̄tq̄t non militāt nec pugnāt s̄ colūt terrā. rursūm cū fuerint metētes afferūt tributa regi. Et ip̄e vn⁹ sol⁹ si dixerit occidite occidūt. dixerit remittite remittūt. dixerit p̄cutite p̄cutiūt. dixerit exterminate exterminat. dixerit edificate edificāt. dixerit excidite: excidūt. dixerit plātate plantāt. et omis plebs et virtutes eū obaudiūt. et sup̄ h̄ ip̄e recūbit et bibit et dormit. **D**i aut̄ custodiunt in circūitu eū. et non possunt ire singuli et facere opa sua. sed in dicto obaudiētes sunt ei. **V**iri: quō nō p̄cellit rex q̄ difama: Et tacuit. **T**ert⁹ q̄ dixerat de mulierib⁹ et veritate. hic est 30: obabel. cepit loqui. **V**iri: nō magnus rex et multi hoīes nec vinum p̄cellit. **Q**uis ē ergo q̄ dñat̄ eorū? **N**ōne mulieres genuerūt regē et oēm pplm̄ q̄ dñat̄ mari et terre. et ex illis nati sunt et ip̄e educauerāt eos q̄ plātauerunt vineas ex qb⁹ vinū fit: Et ip̄e faciūt stolas oībz hoībz. et ip̄e faciūt gliam hoīb⁹. et nō p̄nt hoīes separari a mulierib⁹. **S**i p̄gregauerunt aurum et argentū et oēm rē speciosam et viderint mulierem vnā bono hitu et bona specie. oīa h̄ relinquētes in eā intendūt. et apto ore cōspiciūt et eā alliciūt magis q̄ aurū et argentū et oēm rē p̄ciosam. **N**ō p̄rez suū relinq̄t q̄ enutrit illū et suā regionem. et ad mulierē se p̄iugit. Et cū muliere remittit animā. et neq̄ p̄rem meminit neq̄ m̄rem neq̄ regionē. Et binc oportet vos scire qm̄ mulieres dominant̄ vestri. **N**ōne doletis? Et accipit hō gladiū suū et vadit in viā facere furta et homicidia et mare nauigare et flumina et leonē videt et in tenebris ingredit: et cū furtū fecerit et fraudes et rapinas. amabili sue affert. Et iterū diligit hō v̄rō rē suā maḡ q̄ p̄rez aut matrē. Et multi dementes facti sunt p̄pter vxores suas: et p̄ui facti sunt

ppter illas. et multi perierunt et iugulati sunt. et
 peccauerunt ppter mulieres. Et nunc credite mihi. quia
 magnus est rex in potestate sua. quoniam omnes regiones videntur
 tangerent eum. Videbam tamen apertam filiam bezacis mirifi-
 ci concubinam regis sedentem iuxta regem ad dexteram et au-
 ferentem dyadema de capite eius: et imponentem sibi et
 palmis cedebat regem de sinistra manu. Et super
 hoc apto ore ituebat eam. et si arriserit ei ridet. nam si in-
 dignata fuerit ei blanditur. donec reconcilietur in gratiam.
D viri: cur non sunt fortiores mulieres. Magis est terra
 et excelsus est celus. quam ista agunt. Et tunc rex et purpu-
 rati ituebantur in alterutrum. Et ichoauit loquens de ve-
 ritate. **D** viri: nonne fortes sunt mulieres. Magis est
 terra. et excelsus est celus. et velox cursus sol auertit
 in gyro celum in locum suum in vna die. Nonne magnifi-
 cus est qui hoc facit. Et virtus magis. et fortior pro omnibus
Dis terra virtutem inuocat. celum etiam ipsas benedicit. et
 omnia opera mouentur et tremunt eam et non est cum ea quicquam
 iniquum. **E** iniquum. iniquus rex. iniquae mulieres.
E Iniquae omnes filii hominum. et iniquae illorum omnia opera: et
 non est in ipsis virtus. Et in sua iniquitate peribunt. et vir-
 tas manet et inualefcit in eternum et viuunt. et obtinent
 in secula seculorum. Nec est apud eam accipere personas. ne-
 que differentias. sed qui iusta sunt facit omnibus. iniustus
 ac malignus. et omnes benignantur in operibus eius. Et
 non est in iudicio eius iniquum. sed fortitudo et regnum
 et potestas et maiestas omnium eorum. **B**enedictus deus
 virtutis. Et desinit loquendo. et omnes populi clamaue-
 runt et dixerunt. Magna est virtus et preualet. Tunc rex
 ait illi. **N**ete si quid vis amplius quam quae scripta sunt
 et dabo tibi secundum quod inueniueris es sapientior primis
 et primus mihi sedebis. et cognatus meus vocabe-
 ris. Tunc ait regi. **M**emor esto voti tui quod voui-
 sti edificare hierusalem in die quam regnum accepisti et om-
 nia vasa quae accepta sunt ex hierusalem remittere. quae se-
 pauit cyrus quoniam inactauit babiloniam. et voluit re-
 mittere ea ibi. Et tu voluisti edificare templum quod
 incenderunt idumei quoniam exterminata est iudea a
 chaldeis. Et nunc hoc est quod postulo domine. et quod
 peto hoc est maiestas a te. postulo ut facias votum
 quod vouisti regi caeli ex ore tuo. Tunc surgens datus
S rex osculatus est illum. et scripsit epistolam ad omnes
 dispensatores et prefectos et purpuratos ut dedu-
 cerent eum. et eos qui cum illo erant omnes ascendentes
 edificare hierusalem. Et omnibus prefectis qui erant in syria et
 phoenice et libano scripsit epistolam. ut traherent ligna
 cedrina a libano in hierusalem ut edificarent cum eis
 ciuitatem. Et scripsit omnibus iudeis qui ascende-
 bant a re-
 gno in iudeam pro libertate. omnem potestatem et magis-
 tratum et prefectum non superuenire ad ianuas ipsorum
 et omnem regionem quam obtinuerant immunes esse eis
 et idumei relinquunt castella que obtinent iude-
 orum. et in structuram templi dare pro singulos annos
 talenta viginti usque dum edificaretur et super sacra-
 rium holocaustomata hostilare quotidie sicut habent

preceptum. alia talenta decem offerre pro singulos an-
 nos et omnibus qui procedunt a babilonia condere ciui-
 tatem ut esset libertas tam ipsis quam filiis eorum et omnibus
 sacerdotibus qui procedunt. Scripsit autem et quantitates. et
 sacra stola iussit dari in qua defueret. et leuitis scripsit
 dare precepta usque in diem quem consumabitur domus et
 hierusalem extruere: et omnibus custodiens ciuitatem
 scripsit dare ei sortes et stipendia. Et dimisit omnia va-
 sa quae sepauerat cyrus a babilonia: et omnia quae cum
 dicit cyrus et ipse precepit fieri: et mitti hierusalem. Et cum
 processisset ille adolescens. eleuans faciem in hierusalem:
 benedixit regem caeli: et dixit. Abs te est victoria et
 abs te est sapientia et claritas. Et ego sum tuus
 seruus. **B**enedictus es qui dedisti mihi sapientiam. et tibi confite-
 bor domine deus patrum nostrorum. et accepit epistolam. et pro-
 fectus est in babiloniam. et venit et nunciavit fratribus suis
 omnibus qui fuerunt in babilonia. et benedixerunt deum patrum
 suorum. quoniam dedit illis remissionem et refrigerium ut
 ascenderent et edificarent hierusalem. et templum ubi
 nominatum est nomen eius in ipso et exultauerunt
 cum musicis et leticia diebus septem.

C. S. Agitur festum tabernaculorum. et fuerunt oblato-
 nes. fundatur templum. sed inimici eorum resistebant
 structura templi per biennium pertrahitur. **Ca. V**

Datus autem electi sunt ut ascenderent principes
 pagorum pro domos et tribus suas et uxores
 illoz et filii et filie eorum et serui et an-
 cille ipsorum. et pecora illoz. Et datus rex misit vna
 cum eis equos mille donec deducerent eos in hierusalem
 cum pace et cum musicis et cum tympanis et tybijs et
 omnes fratres erant ludetes. et fecerunt eos ascendere simul cum
 eis. Et sunt nomina viroz qui ascenderunt pro pagos
 suos in tribus et in parte principatus ipsorum. Sacerdotes
 filii phinees. filii aaron. iesus filius iosedech. io-
 achim filius zorobabel. filii salathiel de domo domus
 ex progenie phares. tribu autem iuda qui locutus est sub
 dario rege psalmus firmos mirificos in secundo anno
 regni ipsius mense nisan primo. Sunt autem hi qui ascende-
 runt ex iuda de captiuitate transmigrationis. qui
 transmigravit nabuchodonosor rex babilonie in
 babiloniam et reuersus est in hierusalem. Et reliquit
 partem iudee vnusquisque in ciuitatem suam quam uene-
 runt cum zorobabel et iesu: neemias areores elimeo
 emmanio. mardocheo. beelsuro mechpsatochor
 olioro. emonia. vnus de principibus eorum. et nu-
 merus agentibus eorum ex propositis eorum. Filii pha-
 res: duo milia centum septuaginta duo. Filii ares-
 tria milia quingenta septem. Filii semo centum quadragi-
 taduo. In filiis iesu et ioabes: mille treceti duo
 Filii demus: duo milia quadringenti septuaginta.
 Filii choraba. ducenti quingentes. Filii banica: centus
 sexaginta octo. Filii bebec: quadringenti tres.
 Filii archad quadringenti viginti septem. Filii
 chan: triginta septem. Filii zoroar: duo milia sex-
 taginta septem. Filii admu: quadringenti sexa-

gintavn. Filij aderectis: cētū octo. filij claso et
 zelas: cētū septē. Filij azozoc. q̄drigētigrīta no
 uē. Filij ierdabone. cētū trigīta duo. Filij ananie
 cētū trigīta. Filij asoni: nonagīta. Filij marfar.
 q̄dringētī vigītī duo. Filij zabar. nonagīta q̄n
 q̄. Filij sepolemon. cētū vigītī tres. Filij nepo
 pas q̄nq̄gīta q̄nq̄. Filij hechanat. cētū q̄nq̄gin
 ta octo. Filij cebetham. cētū trigīta duo. Filij
 crearpatos q̄ enocadies et modie: q̄dringētī
 vigītī tres. Qui ex gramas et gabea. cētū vigi
 ti unus. Qui ex beffelon et ceage: seragīta q̄nq̄
 Qui ex bastaro. cētū vigītī duo. Qui ex becheno
 bes q̄nq̄gīta q̄nq̄. Filij liptis: cētū q̄nq̄gīta q̄nq̄
 Filij labonni. trecenti q̄nquagīta septem. Filij
 fīchem: trecenti septuagīta. Filij suadon: et cli
 omus: trecenti septuagīta octo. Filij cricus duo
 milia cētū quadragīta q̄nq̄. Filij anaas trecen
 ti septuagīta. Sacerdotes. Filij eddus. filij eu
 ther: filij eliasib: trecenti septuagīta duo. Filij eme
 rus: ducētī q̄nquagīta duo. Filij fasurij. trecenti
 q̄nq̄gīta septē. Filij caree: ducētī vigītī septē
 Leuite. Filij iesu i cadubel. et bamis et serebias
 et edias septuagīta q̄ttuor. Omnis numerus a duo
 decimo anno. trigīta milia quadringētī sera
 gīta duo. Filij et filie et vxores omnis cōputa
 tio: quadragīta milia ducenti quadragīta duo.
 Filij sacerdotū q̄ psallebant in tēplo filij asaph
 centū vigītī octo. Ostiarij v̄o filij esmenni: filij
 azer. filij amon. filij accuba. topa. filij tobi. om
 nes centū trigīta nouem. Sacerdotes p̄uīētes
 in tēplo. Filij sel. filij gaspha. filij tobloch. Filij
 carie. filij su. filij bellu. filij labana. Filij arma
 cha. filij accub. filij vtba. filij cetha. filij aggab.
 filij obai. filij anani. filij canna. filij geddu. Filij
 an. filij radin. filij desanon. filij nechoba. filij ca
 seba. filij gaze. filij ozui. filij smone. filij attre. Fi
 lij bastem. filij asiana. filij manei. filij nasifim. Fi
 lij accusu. filij agista. filij azui. filij fauō filij sasa
 lon. filij meedda. filij fusa. filij caree. filij barcus
 Filij sarce. filij coesi. filij nasit. filij agisti. filij pe
 don. salomon filij eius. filij asophot. filij pbazis
 da. filij celi. filij dedon. filij gaddabel. filij sephe
 gi. filij aggia. filij sacharet. filij sabathen. filij ca
 roneth. filij malsith. filij ame. filij salsus. filij ad
 dus: filij suba. filij cura. filij rabotis. Filij p̄bas
 phat. filij malmō. Omnes sacro p̄uīētes et pueri sa
 lomonis: q̄dringētī octogīta duo. Hi sunt filij
 qui ascēderunt a cherimel et thersa p̄ncipes eoz
 carnellam. et careth: et non poterant edicere
 ciuitates suas et progenies. quē admodum sint
 ex israel. filij dalari. filij tubal. filij mechodai
 ci ex sacerdotibus qui fūgebantur sacerdo
 tio et non sunt inuenti. Filij obia. filij achifos.
 filij addin. q̄ accepit vxorē ex filiab⁹ p̄bargeleu
 et vocati sunt noīe eius. Et hoz̄ quesita est ge

neris scripta impedatura et nō est inuenta. et p̄
 hibiti sunt sacerdotio fungi. Et dixit illis neemi
 as. et asthahas ne p̄cipent sc̄tā donec exurgat
 pontifex doct⁹ in ostensionē et veritatē. Dis autē
 isrl̄ erat exceptis suis et ancillis. q̄dragīta duo
 milia: et trecenti q̄dragīta. Serui hoz̄ et ancille
 septē milia trecenti trigīta septē. Catores et cā
 atrices. ducētī seragīta q̄nq̄. Cameli quadrin
 gētī trigīta q̄nq̄. Equi septē milia trigīta sex.
 Muli ducenta milia q̄dragīta q̄nq̄. Subiugalia
 q̄nq̄ milia vigītī q̄nq̄. Et de p̄positis ip̄is p̄ pa
 gos. dum venirent in templū dei qd̄ erat in hie
 rusalē innouare: et suscitare templū in loco suo
 fm̄ suam virtutem. et dari in templū thesaurum
 operū sacroz. auri minas duodecim milia et sto
 las sacerdotales centū. Et habitauerūt sacerdo
 tes et leuite et qui exierant de plebe in hierlm̄ et
 in regione et sacri cantores et ostiarij: et oīs isrl̄
 in regionibus suis. Instante autē septimo mense
 cunq̄ essent filij israel vnusquisq̄ in suis rebus
 cōuenerunt vnanimēs in atrīū qd̄ erat ante ier
 uam orientalem. Et stantes iesus filius iose
 dech et fratres ei⁹ sacerdotes et zozobabel fili⁹
 salathiel et huius fratres parauerunt altare. vt
 offerrent super illud holocaustomata fm̄ qd̄ i li
 bro moysi hoīs dei scripta sunt. Et cōuenerunt
 ibi ex alijs nationib⁹ terre. et erexerunt sacrariū
 in loco suo oēs gētes terre. et offerebāt hostias
 et holocaustomata dño matutina. Et egerūt ce
 nophegias et diē solennē sicut p̄ceptū ē in lege
 et sacrificia quotidie sicut oportebat. et post hec
 oblationes institutas et hostias sabbatorum et
 neomeniarum. et dierum solenniū omniū sancti
 ficatorum. et quotq̄t vouebant dño a neomenia
 septimi mensis ceperūt hostias offerre deo et tē
 plum dñi nondū erat edificatum. Et dederūt pe
 cuniā lapidarijs et fabris: et potum et pabula cū
 gaudio. Et dederunt carra sydonijs et tyrijs. vt
 transueherēt illis de libano trabes cedrinās et
 facerent rates in ioppe portuz fm̄ decretum. qd̄
 scriptum erat eis a cyro rege persarum. Et in se
 cundo anno venientes in templum dei in hierlm̄
 mense secundo inchoauit zozobabel filius sala
 thiel et iesus filius iosedech. et fr̄es ipsorum et sa
 cerdotes et leuite. et om̄s qui venerant de capti
 uitate i hierusalē et fundauerūt tēplum dei noui
 lunio secundi mēsis secundi anni cum venissent
 in iudeam et hierlm̄. et statuerunt leuitas a vigītī
 annis sup̄ opa dñi. et steterūt iesus et filius eius
 et fratres om̄s leuite. conspirātes et executores
 legis faciētes opa i domo dñi. et steterūt sacerdo
 tes habētes stolas cūz tubis et leuite filij asaph
 habentes cymbala. collaudantes dominū. et be
 nedicentes fm̄ dauid regem israel. Et cantabāt
 canticum dño. quoniam dulcedo ei⁹ et honor in
 t iij

secula sup oem isrl. Et ois ppl's tuba cecineſt. ⁊
pclamaueſt voce magna: collaudates dñs i ſu-
ſcitatiõe dom' dñi. Et venerūt ex ſacerdotib' et
leuitis ⁊ pſidētib' ſm pagos ſeniorib' q̄ viderāt
pſtinā domū. ⁊ ad hui' edificationē cū clamore
⁊ planctu magno et multi cum tubis ⁊ gaudio
magno intantū vt populus non audiret tubas
ppter planctū ppli. Tuba enī erat tubis canens
magnifice. ita vt lōge audiret. Et audierunt ini-
mici trib' iude ⁊ beniamin. ⁊ venerūt ſcire q̄ eſſet
vox tubaz. Et cognouerunt: qm̄ q̄ erāt ex capti-
uitate edificāt templū dño deo isrl. Et acceden-
tes ad zorobabel et ieſum et p̄poſitos pagorū
dixerūt eis. Edificabim' vna vobiſcū. Siſt enim
audiuim' dñm noſtrus. ⁊ ipi pariter incedim' a
dieb' abſareth regi aſſyrioz. q̄ transmigrauit
nos hinc. Et dixit illis zorobabel ⁊ ieſus ⁊ p̄nci-
pes pagoz isrl. Nō eſt nob ⁊ vobis edificare do-
mū dei nſi. Nos enī ſoli edificabim' dño isrl. ſm
ca q̄ p̄cepit nobis cyrus rex pſaz. Venies autez
terre incubātes hiſ q̄ ſunt i iude. ⁊ leuātes op'
edificatiōis ⁊ iſidias ⁊ ppl'os adducētes. p̄hibe-
bant eos edificare. ⁊ aggreſſuras exercētes im-
pedierūt ne p̄ſumaret' edificiū oī tpe vite cyri
regis et protraxerunt ſtructurā per bienniuſ vſq̄
q̄ ad darij regnum.

E. S. Prop̄hetāt aggeus ⁊ zacharias. edifi-
cāt dom' dñi ſubregul' ſyrie ⁊ ſodales ei' querūt
p̄ eplaz voluntatē regi darij. p̄cepit dari' ne edifi-
catio impediatur. **Ca. VI.**

In ſecundo aut' anno regni darij p̄p̄beta
uit aggeus ⁊ zacharias fili' addin p̄p̄be-
te apud iudeā ⁊ hieruſalē in nomine dei
isrl' ſup eos. Tūc ſtans zorobabel fili' ſalathiel.
⁊ ieſus fili' ioſedech. inchoauerunt edificare do-
mū dñi q̄ eſt in hierl'm: cū adēſſent eis prop̄hete
dñi ⁊ adiuuarent eos. In ipō tpe venit ad illos
ſyſennes ſubregul' ſyrie ⁊ p̄henicis ⁊ ſatrabuſa-
nes ⁊ ſodales ei'. ⁊ dixerunt eis. Quo p̄cipiente
vobis domū hanc edificatis ⁊ tectū iſtud ⁊ alia
oīa p̄ficitis. Et q̄ ſunt ſtructores q̄ hec edificāt.
Et habuerūt grām viſitatiõe facta ſup eos qui
erāt ex captiuitate a dño ſeniores iudeoz: ⁊ non
ſunt impediti edificare donec ſignificaret' dario
de oībus iſtis ⁊ rñſum accipeſ. Exēplū eplē quā
miſerūt dario. Syſennes ſubregul' ſyrie. ⁊ p̄he-
nicis ⁊ ſatrabuſanes ⁊ ſodales ei' i ſyria ⁊ p̄he-
nice p̄ſides regi dario ſalutē. Dia nota ſunt dño
regi q̄ cū adueſſemus in regionem iudee. ⁊ in-
troiſſemus in hieruſalē. inuenim' edificātes do-
mum dei magnā ⁊ tēplum ex lapidibus politis
⁊ magnis ⁊ p̄cioſis materijs in parietibus. et
opa illa inſtāt fieri ⁊ ſuffragare ⁊ p̄ſperare i
manibus eoz. ⁊ in oī glia q̄ diligētissime p̄fici.
Tunc interrogauimus ſeniores dicentes. Quo

p̄mitēte vob edificatis domū iſtā. ⁊ opa ſ fūda-
tis. Ideo aut' interrogam' vt notū facerem' tibi
homies ⁊ p̄poſitos. ⁊ noīm ſcripturā p̄poſitoz
poſtulauim' illos. At illi rñderūt nobis dicētes
Nos ſum' ſui dñi q̄ fecit celū ⁊ trā ⁊ edificabat
h' dom' añ ānos iſtos mltos a rege isrl' magno
⁊ fortissimo ⁊ p̄ſumata ē. Et qm̄ p̄zes nſi exacer-
bātes erāt ⁊ peccauerūt in deū isrl'. tradidit eos
in man' nabuchodonozor regis babilonie. regi
chaldeoz ⁊ domum iſtā demoliētes incederūt
⁊ ppl'm captiuū duxerūt in babilonē. In p̄mo
āno regēte cyro rege babilonie. ſcripſit cir' rex
domū h' ac edificare: ⁊ illā ſacravaſa aurea ⁊ ar-
gētea q̄ extulerat nabuchodonozor de domo q̄ ē
in hieruſalē: ⁊ p̄ſcrauerat ea in ſuo tēplo: rurs'
p̄tulit ea. Cyrus rex de tēplo qd̄ erat in babilo-
nia. ⁊ tradita ſunt zorobabel ⁊ ſalmanazar ſub
regulo. Et p̄ceptū eſt eis vt offerret' h' vaſa ⁊ re-
poneret' in tēplo qd̄ erat in hieruſalē. ⁊ ipm̄ tē-
plū dei edificare in loco ſuo. Tūc ſalmanazar
ſubiecit fundameta dom' dñi q̄ eſt i hieruſalē. ⁊
exinde vſq̄ nūc edificat ⁊ nō accepit p̄ſumatio-
nē. Nūc g' ſi iudicat' a te o rex. p̄q̄rat' in regalib'
biblyotecis cyri regis q̄ ſunt in babilonia. ⁊ ſi
inuentū fuerit p̄ſilio cir' reg' ceptā eē ſtructurā
dom' dñi q̄ eſt in hieruſalē. ⁊ iudicat' a dño rege
nſo: ſcribat de hiſ nobis. Tūc darius rex p̄cepit
inq̄ri in biblyotecis ⁊ inuenit' ē in egbatanis op-
pido qd̄ eſt in media regiõe loc' vn' in q̄ ſcripta
erāt iſta. Anno p̄mo regnate cyro: rex cir' p̄ce-
pit domū dñi q̄ ē in iherl'm edificare: vbi inceder-
bāt igni aſſiduo. cui' altitudo ſit cubitoz decē.
⁊ latitudo cubitoz ſexaginta: q̄dratus lapidib'
polit' trib' ⁊ meniano ligneo eiſdē regiōis: ⁊
mentano vno nouo ⁊ ipedia dari de domo cir'
reg' et ſacra vaſa dom' dñi tā aurea q̄ argētea
q̄ extulit nabuchodonozor in domū dñi q̄ eſt in
hieruſalē vbi erāt poſita vt ponāt illic. Et p̄ce-
pit curā agere ſyſenē ſubregulū ſyrie ⁊ p̄henic'
⁊ ſatrabuſanē ⁊ ſodales ei' ⁊ q̄ ordinati erāt in
ſyria ⁊ p̄henice p̄ſides vt abſtinerēt ſe ab eodez
loco. Et ego q̄ p̄cepi in totū edificare. ⁊ p̄ſperi
vt adiuuēt eos q̄ ſunt ex captiuitate iudeoz do-
nec cōſumaret' tēplū edis dñi. ⁊ averatiõe tribu-
toz ceſyrie ⁊ p̄henicis: diligētē q̄ntitatē dari
hiſ hōib' ad ſacrificiū dñi zorobabel p̄fecto ad
tauros ⁊ arietes ⁊ agnos: ſiſt aut' ⁊ frumentū ⁊
ſal: ⁊ vinū ⁊ oleū inſtāt p̄ ſingulos ānos. put ſa-
cerdotes q̄ ſunt in hieruſalē dictauerit p̄ſumi. q̄
tidie ſn vlladilatōe vt offerāt libatōes ſūmo do-
p̄ rege ⁊ puer' ei'. ⁊ orēt p̄ ipoz vita. Et denūcie-
tur vt q̄cūq̄ trāſgreſſi fuerit aliqd̄ ex hiſ q̄ ſc̄pta
ſūt aut ſp̄nerit. accipiat lignū de ſuis p̄pis ⁊
ſuſpedat' ⁊ bona ipoz regi aſcribat'. Propt̄ea ⁊
dñs cur' noīm iuocatū ē ibi extm̄iet oem regē et

gentē q̄ manū suā extēderit prohibere, aut male tractare domū dñi illā q̄ est in hierusalem. Ego darius rex decreui q̄ diligētissime fm̄ hec fieri.

L. S. Cōsumata ē dom⁹ dñi. de dedicatiōe tēpli ⁊ festo azymoz ascēdit esdras hierosolymā.

Quinc sissenmes subregul⁹ ces **L. VII**
 lesyrie. ⁊ phenic⁹ ⁊ satrabuzanes ⁊ sodales obsecuti his q̄ a dario rege erant decreta insistebāt sacrosanctis opib⁹ diligētissime coopantes cū seniorib⁹ iudeoz p̄ncipib⁹ syrie. ⁊ p̄sperata sunt sacrosancta opa p̄phetātib⁹ aggeo ⁊ zacharia prophetis. Et cōsumauerūt oīa p̄ceptū dñi dei isrl̄ ⁊ ex p̄silio cyri ⁊ darij ⁊ artaxerxis regis psaz. Et cōsumata ē dom⁹ n̄ra vsq̄ ad tertiā ⁊ vicesimā diē mēsis adar sexto anno darij regis. Et fecerūt filij isrl̄ ⁊ sacerdotes ⁊ leuite ⁊ ceteri q̄ erāt ex captiuitate q̄ appositi sunt fm̄ ea q̄ scripta sunt in libro moysi. Et obtulerūt in dedicatiōez templi dñi thaurus cētū. arietes ducētos. agnos q̄dringētos. ⁊ bedos pro pctis vniuersi isrl̄ duodeciz. fm̄ numez tribuū isrl̄. Et steterūt sacerdotes ⁊ leuite amicti stolis p̄ trib⁹ sup̄ opa dñi dei isrl̄. fm̄ librū moysi. ⁊ ostiarij per singulas ianuas. Et egerūt filij isrl̄ cū his q̄ crāt ex captiuitate illud p̄hase q̄rtadecima luna mensis primi. qm̄ sanctificati sunt sacerdotes ⁊ leuite. **Des** filij captiuitatis nō sunt simul sc̄tificati. qz leuite oēs siml̄ sc̄tificati sūt. Et imolauerūt p̄hase vniuersi filij captiuitatis. ⁊ fratrib⁹ suis sacerdotib⁹ ⁊ sibimetip̄is. Et māducauerunt filij isrl̄ q̄ erāt ex captiuitate oēs q̄ remāserāt ab oībus execrationib⁹ gētū terre q̄rētes dñm. ⁊ celebrauerunt diē festū azymoz septē dieb⁹ epulātes in cōspectu dñi: qm̄ cōuertit p̄siliū regis assyrioruz in eos cōfortare man⁹ eoz ad opa dñi dei israel.

L. S. Exemplum scripti qd̄ artaxerxes dedit esdre scribe ⁊ sacerdoti cōtinens gr̄as factas iudeis. hi sunt q̄ ascēderunt de babilonia sub artaxerse. cōmittit aurum et argentus sacerdotib⁹ vt offerrent in templū dñi: ozo esdre cōmouens populum ad penitentiāz.

L. VIII

Qpost hunc regnante artaxerse psaz rege accessit esdras fili⁹ azarie. filij helchie filij solome. filij sadoch. filij achitob. filij ameri. filij azabel filij bocci. filij abisue. filij phinees. filij eleazari. filij aaron p̄mi sacerdotis hic esdras ascēdit de babilonia cum esset scriba ⁊ ingeniosus i lege moysi q̄ data est a dño israel docere ⁊ facere. Et dedit ei rex gliam q̄ inuenisset grām in oī dignitate ⁊ desiderio in cōspectu ei⁹. Et ascēderūt simul cū ipso ex filiis israel ⁊ sacerdotibus ⁊ leuitis ⁊ sacris cātoribus tēpli. ⁊ ostiariis ⁊ seruis tēpli in hierlm̄. Anno septimo regnante artaxerse in q̄nto mēse. hic ann⁹ septimus est regni. creūtes de babilonia nouilunio quinti mensis venerunt hierosolymā iuxta p̄-

